

erat tamen pauper. & consequenter immunis à collectis. Sed seclusa paupertate non dicitur persona miserabilis; & ideo tenetur ad collectas etiam personales, neque excusatur nisi à muneribus personalibus, quae ipse per se obire non potest, ut concludit Cardinal. hic num. 2. in secunda oppos. & Fusius in dict. cap. *Significantiis*, quast. 6. de offic. delegat. Similiter de cæco paupere intelligit hanc litteram Profdocum, de Comitibus de *different. utriusque iuris* num. 144. Præterea verba legis ad intellectum iniquitatis trahinon debent, cum lex debeat esse iusta, cap. *Erit autem lex*, 4. *distinct.* At traheretur si hoc casu intelligerentur de cæco divite, nam ut ait Petr. Antib. in d. *tract. de muner. in tertia parte principali* num. 30. si cæcus sit dives homo, & locuples, erit ne æquum ut ipse sit immunis à collecta in gravamen aliorum collectorum? certe non; imo iniquum. Ad quod optime facit secundum eum l. *Semper*, §. 1. ff. de *jur. immunit.* Quod si obijciatur, Ecclesia tenetur cæcum protegere: respondet, protegat eum secundum jus, non autem contra jus; nam sequeretur maxima iniquitas. Alio modo legitur hoc capitulum ut intelligatur de cæco non paupere. Hæc lectura communiter recipitur à Doctoreibus, & mihi videtur verior ex considerationibus infrascriptis. Primò enim textus fundat decisionem suam non in ratione paupertatis, sed cæcitate, dicens: quia inhumanum est nimis in collectione affligere eum, quem cæcitas gravat, & non dixit eum, quem paupertas gravat. Quod ipsum evidenter colligitur ex clausula integra Registri Beati Gregorii, unde hæc decretalis sumpta est, sic enim se habet. [Licit multum fraternitatem vestram ad servandam sibi iustitiam Philagrii portitoris prebentium flagellum cæcitate invitit; verum tamen quia ad restituenda, quæ sibi præjudicialiter asserit detineri, per Nos vos voluit fieri prompioribus, presentia ad vos scripta prævidimus dirigenda.] Hæc ibi. Ex quibus verbis patet B. Gregorium constituisse fundamentum jurisdictionis, & iustitiam cæci in solo flagello cæcitate, non autem in paupertate. Refertur ab Anton. August. in nota ad præleg. cap. 7. Præterea si textus intelligeretur de cæco paupere, ejus decisio esset de indubitabili. Certum est enim pauperem, & inopem excusari à collectis, ut notat Bald. in *Auth. desuncto*, num. 12. C. ad *Tertull.*, & *Gigas* in *tract. de person.* quast. 80. num. 3. Anton. de *Butt.* in *repetor. suo* in *ver. collecta*, Franc. *Lucan.* in *tract. de fisco* in *3. par. principali* n. 7. inter *tract. comm. tom. 11. pag. 8.* Ergo ad iungendum paupertati qualitatem cæcitate, decidisset casum indubitabilem contra text. in l. *Labes*, ff. de *Carbon. edit.* Item qualitas cæcitate, cui soli hæc decisio innititur, super vacuè adjecta fuisse; & qualitas paupertatis incautè prætermissa, quod non est dicendum. Ad hæc textus primò præcipit simpliciter, & absolute ut cæcus ad collectas non compellatur; & mox subdit, ei subveniendum fore ex collectis si esset necessitas; atque ita exigit ut cæcus sit pauper, & in necessitate constitutus, in secundo tantum casu, in quo deberet imponi collecta pro illius subventione; non autem in primo casu cum agitur de illo gravando in solutione collectæ arg. l. *Cum Prator*, ff. de *iudic.* & cap. *Nomine de præsumpt.* cum simil. Ac præterea si Pontifex in primo casu egressus de cæco egestate

laborant, non subjunxisset postea in secundo casu conditionem illam, si esset necessitas, quæ apertè supponit cæcum tunc temporis non fuisse pauperem, & in necessitate constitutum, ut probat textus notab. in l. *Cum cæcus*, ff. de *revisio. vin. & oleo legato*. Neque his refragatur consideratio Cardin. quod ille cæcus esset pauper, sed non mendicus, & conditio illa, si esset necessitas, referri debeat ad necessitatem mendicitatis, ita ut sit sensus, si cæcus esset in necessitate constitutus, & mendicus, miserendum illi esset ex collectis; sed quia non erat mendicus, sed tamen pauper, ad collectas non tenebatur. Quandoquidem hæc consideratio Cardinal. supponit cæcum tunc temporis fuisse pauperem, non tamen in necessitate constitutum; & nihilominus fuisse immunem à collectis. Quod stare non potest, quia sola paupertas absque necessitate illum non exemptisset ab onere solutionis; nam illi tantum pauperes, quorum nota paupertas, & illi, qui dietim laborant pro victu querendo, ad collectas non tenentur, ut inquit Petr. de *Ubal.* in *tract. de collectis*, num. 9. & idem noluit Bald. in *Auth. Desuncto*, num. 12. *Cod. ad Tertull.* ubi ait, Pauperes, quorum opera vix sufficit ad alimentata, non debere concurrere ad onus impositionis collectæ, allegat glossam ult. in l. *Omnes*, la *prima*, C. de *Annon. & tribut. lib. 10.* & cum sequitur Alex. in l. 4. *num. 17. ff. de re iudic.* Oportet igitur ut pauper ad hoc ut excusetur à collectis in necessitate victus sit constitutus, ad hoc textus opt. in l. *Cura*, §. *Inopes* ibi, *ipsa non habendi necessitate non sustinent. ff. de muner. & honor. cujus contrarium supponit illa conditio, si esset necessitas, & consequenter fieri oportet textum in primo casu esse intelligendum de cæco non paupere, qui licet non sit positus in necessitate, tamen propter cæcitate ipsam ad collectas non tenetur. Quibus accedit quod ille cæcus Philagrius habebat campum, quo fuerat spoliatus, ut patet in cap. 1. *supra de restit. spoliat.* item habebat servos, nam post illius captus verba agit de servis ejusdem Philagrii ab Ecclesia Dertonensi occupatis, ut refertur ab Anton. August. *lib. 3. in nota ad d. cap. 7.* Unde ex eo, quod campus fuerit illi occupatus, non rectè inferitur ut remanserit pauper; quia necesse est plura alia bona eum habuisse, cum alioquin fructus unius campi non fuisset satis ad suam, & servorum sustentationem. Quod inde etiam evidenter colligitur, quod idem Philagrius renuaciavit possessorio, & concessit ut ageretur de causa proprietatis, ut legitur in dict. cap. 1. At non est verisimile ut renuaciasset spolio si omnia bona ei fuissent violenter ablata, quin potius ante omnia procurasset se recintegrari, ut ex illis vivere posset, arg. l. *Necare*, ff. de *inter. agnosc.* & cap. *Pasce*, 86. *dist.* Concluditur ergo cæcum esse à collectis immunem sive sit pauper, sive sit locuples, & hanc decretalem esse indistinctè intelligendam, pro ut eam intelligunt Abb. *Antiq. in princ.* Host. num. 3. Jo. Andr. collectat. & Jo. de Anania omnes num. 2. Henr. Boich. Butt. & Anchar. omnes num. 1. & idemmet Cardinal. fatetur secundum quoque intellectum posse sustineri. Non obstat quod cæcus dives non sit persona miserabilis; quia hoc est falsum, ut fuse probavi in d. cap. *Significantiis*, in *secunda quast. de officio delegat.* Rursus non obstat iniquitas, quam*

temerè obtrudit Antibolus huic decretali, & per consequens Beato Gregorio magno, quem fortè ignoravit fuisse illius conditorem: nam respondetur hanc iniquitatem nec jure ullo, nec ratione probari, & de iustitia huius constitutionis liquet manifestè, quia fundatur in naturali æquitate, cum natura ipsa dicit inhumanum esse afflictum flagello cæcitate tallis, & impositionibus vexare, & magis affligere, quæ ratio exprimitur hic, & in proœmio epistolæ ipsius Gregorii, ut dixi supra num. 9. & quamvis pars cæci accrescat aliis; tamen sicut hæc ratio non consideratur in paupere, ut in d. §. *Inopes*, ita nec in cæco, quia uterque jure suo utitur, c. *Cum Ecclesia Vultera* supra de *elect.* l. 1. & l. *Iniuriarum* §. 1. ff. de *inur.* Quinimo hoc est culpa, & divina offensa, ut dicitur. cum l. *gloss.* in cap. *percusio*, 79. *qu. 1.* Est enim peccatum contra misericordiam, quæ est compassio aliena miserie in corde, qua si possumus, subvenire compellimur, ut declarat S. Thom. in *prima parte quast. 21. art. 3.* & in *secunda quast. 30. art. 1.* Atque ita Ecclesia quæ cæcum relevat contra misericordiam, non protegit eum contra jus, imò secundum jus, id est rationem, quia lex est omne quod ratione consistit. cap. *Consuetudo*, 1. *dist.* item non protegit eum contra jus, quia jus civile non adversatur, ut clarè patet infra num. 23. & quatenus a iustitiam reteretur, tamen contra rigorem juris civilis standum esset juri canonico in hac materia pietatis, & miserabilium personarum, ut similitè patebit infra num. 26. & seqq. Unde iniuria illata miserabilibus exaggravatur, quia magis opponuntur misericordiam, & nocumenta sunt eis graviora quia non habent relevantem, ut idem sanctus Thomas docet in 2. *quast. 65. artic. 4. ad secundum.* Igitur jure merito Ecclesia potuit & debuit huic cæco officium suum impertiri, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. *Novit*, supra de *iudic.* præcepto enim divino tenetur miserabilium personarum curam paternam gerere, ut in *Decreto Concilij Trident.* cap. 1. in *princ. Sess. 23.* & qui constituitis in miseria non impendit misericordiam dicitur negare Christum, qui misericordia est, cap. *Omni*, 57. *quast. 1.*

18 Secundo QUÆRO, à quibus collatis cæcus non pauper sit immunis. Proponitur hæc quæstio de cæco, id est utroque lumine orbo: nam si unum tantum amisisset, nulla frueretur immunitate, ut in l. *Luminibus*, C. *qui morib. se excusant*, & expressius in l. *vn.* & ibi gloss. in *ver. Vtriusque*, C. *cod. lib. 10.* Anchar. & Jo. de Anan. hic in *princ.* Item proponitur de cæco non paupere, alias enim esset de indubitabili, ut patet ex dictis supra num. 10.

19 Quibus præhabitis gloss. ultima videtur restringere hoc capitulum ad collectas personales, dum ait, eos, qui morbo laborant, à muneribus personalibus excusari, ut l. 1. & 2. C. *qui morib. & excus.* lib. 10. Sed apertius hoc tenet Innoc. qui exponit verbum, *collectas* id est personales: secus de realibus; & quamvis nihil alleget: tamen pro ejus opinione videtur textus cum gloss. in l. *Honores*, ff. de *Decurion.* ubi surdus, & mutus si in torum non audiant, aut non loquantur, ab honoribus civilibus excusantur, non autem à muneribus, & gl. exponit *ver. Muneribus*, scilicet patrimonialibus; sed à personalibus benè excusantur, & alle-

gat textum, qui de cæco loquitur in dicta leg. prima & est simile in majoribus quinque viginti annorum, qui ad munera personalia non tenentur, ut l. *Manifesti*, *Cod. qui atar. se excus.* lib. 10. & tamen à patrimonialibus non sunt immunes, ut l. *Neque tempore*, C. de *muner. patrimon.* *ead. lib.* Item est simile in compluribus aliis casibus, quos cumulat. Petr. Antibol. in *præleg. tract. de muner.* in 3. *par. principali* num. 22. Rursus pro hac opinione videtur textus apertus in l. 1. 2. §. *Corporis*, ff. de *vacat. muner.* ubi text. dicit: (Corporis debilitas eorum munerum exculationem præstat, quæ tantum corpore implenda sunt; Cæterum quæ consilio prudentis viri, vel patrimonio sufficientis in honore obiri possunt, non remittuntur.) Hæc ibi Non est autem ambiendum, quin cæcitas sit debilitas corporis; quinimo ut inquit Lucas de penna in d. l. 1. n. 4. *C. qui morib. se excus.* lib. 10. totius humani corporis debilitas est oculos perdidit. Faciunt textus in l. 2. & 3. C. de *muner. patrimon.* *ead. lib.* dum dicitur onera patrimoniorum ab omnibus esse subeunda, & in eis non suffragari immunitatem à publicis muneribus. Eandem opinionem amplectitur Lucas de Penna in d. l. 1. n. 6. ubi allegat textum nostrum dicens hic apertè probari cæcum non compelli, ut cum aliis contribuat in collectis, & non subdit quod est intelligendum ubi collectæ respiciunt merè personam. De personalibus etiam intelligit hanc litteram *Lucan.* in *tract. de fisco* in *tit. de immunitate collectar. n. 8.* inter *tract. comm. tom. 11. fol. 10.* Et ex prædictis consequitur, ut cum collectæ, quæ hodie fiunt, exigantur, de patrimonio, & sic contributio collecta non sit minus patrimoniale, quod imponitur personis pro rebus, ut l. *rescripto*, §. *Sciendum*, ff. de *muner. & honor.* cæcus à collectis huiusmodi nullam habeat immunitatem, ut per Antibol. *loco citato.*

20 Verum Hostien. hic num. 3. concludit cæcum, & alias personas miserabiles esse immunes non solum à personalibus, sed & ab omnibus extraordinariis etiam realibus, arg. cap. *Inducatum*, 89. *dist. 1. vn.* C. de *super indult.* & l. *vn.* C. de *vacat. muner. public.* lib. 11. à realibus autem ordinariis non sunt immunes; unde si teneant aliquam terram censualem, vel tributariam, censum, vel tributum solvere debent, cap. *Si quis laicus*, 16. *qu. 1.* cap. *Convenior*, & cap. *Tributum*, 23. *qu. 1.* quamvis piè faciat dominus si paupertate oppressio hoc remittat, arg. cap. *Propter sterilitatem* supra de *locato.* ita Host. quem totidem verbis refertur, & sequuntur Jo. Andr. *Collect.* & Jo. de Anan. omnes n. 2. Henr. Boich. Butt. & Anchar. omnes n. 1. Et pro hac opinione, quæ ut videt magis communiter recipitur à Doctoreibus facta littera hujus Decretalis, quæ generaliter præcipit, ut cæcus ad collectas non compellatur, nec distinguitur personales à realibus. Ergo nec nos distinguere debemus, l. *De pretio*, ff. de *Publican.* in *rem act.* & l. *Non distinguemus*, ff. de *arbitr. cum vulgar.*

21 Sed dices hoc casu discrepat jus civile à jure canonico, quia de jure civili utroque lumine captus à personalibus oneribus, quæ corpore, non autem quæ animo explicantur, habet excusationem, maxime à futuris; non autem à realibus, ut ostensum est supra, num. 17. & seqq. de jure canonico secus quia non solum habet excusationem à personalibus, quæ complentur, & finiuntur tempore perditis

realtibus, five patrimonialibus, iuxta text. hic in sui generalitate. Et hanc differentiam inter jus Cæsarum, & Pontificum constituit Prolocutor de Comit. de different. utriusq; juris, n. 14. 4. inter tractatus communest. 1. pag. 172. At ubi lex discrepat à Canone, in terris Imperij observandum est jus civile; in terris Ecclesiæ jus canonicum, c. Relatum, si primo de testam. c. Si duobus, §. Denis, supra de appellat. ubi text. cum concordat. de quibus ibi in gloss. ult. Unde hanc decretalem ad loca Ecclesiæ subjecta in temporalibus restringit Petr. Antibol. ut dictum est supra

23. *num. 6.*
 Huic objectioni respondeo de jure civili nulli reperiri expressè dispositum ut cæcus teneatur ad onera realia, quæ extra ordinem imponuntur: nam textus in l. 1. c. Qui morbo se excusant, lib. 10. & in l. 2. §. Corpore, ff. de vacat. muner. tantum decidunt cæcum teneri ad munera personalia, quæ consilio, non autè ad ea quæ cor pore implenda sunt. Unde, ut ait gl. in d. l. 1. in ver. Personalem cæcus à concilio, vel patrocinio non excusatur, qui ingenio pollet, cui vim natura negavit, & secundum Jo. de Anan. hic num. 4. si sit laiciens cogi poterit ire ad Concilium, & consulere: nam & quidam Philosophi excæcaverunt se, ut melius specularerent. Et Romani in rebus arduis, vel noctu consilia imitant, vel si interdum, clauderant fenestras, & ostia, ut ibi esset obsecritas: nam magna lux mentis cogitationem disgregat. Alia vero jura, quæ inducuntur ex adverso, hoc non probant, si bene advertantur. Etenim dum decidunt, furdum, & mutum, senem, aut debilem non habere à muneribus patrimonialibus excusationem, & onera patrimonialia ab omnibus esse subeundæ congruè possunt, & debent intelligi de oneribus patrimonialibus ordinarijs, à quibus fatentur Canonistæ nec cæcū habere immunitatem; non autè de extraordinarijs, ut probat textus, in l. 7. c. de vacat. muner. public. lib. 10. ubi expressum est vacationem à muneribus publicis comprehendere extraordinaria munera duntaxat, nec porrigat ordinaria, à quibus nullus habet excusationem. Unde ut ibi dicit gl. i. extraordinarias collationes duntaxat evitat; ordinarias vero reculare non potest, qualia sunt omnia patrimonialia ordinaria, ut ibi, & in l. in honoribus §. Qui muneris, & l. Hic qui, ff. de vacat. muner. à patrimonialibus enim nemo se excusat, ut l. 2. cum concordat. & l. Qui immunitatem, c. de muner. patrimon. lib. 10. Ad idem text. in l. 1. c. de iudic. eod. lib. ubi dicitur à munere iudiciorum, quod imponitur personis pro patrimonio non excusari eos, qui à publicis muneribus vacationem habent. Et redditur ratio, quia in iudicio munus ordinarium est. Hinc est ut conductores, seu emphyteutæ rerum privatarum Principis excusentur ab extraordinarijs, ut l. 1. in 2. respons. Cod. de privit. dom. August. lib. 11. cum concordat. ibi alleg. non autem ab ordinarijs, ut l. fin. Cod. de solut. fund. fiscal. eod. lib. Hinc etiam fit, ut Ecclesiæ ab extraordinarijs habeant immunitatem, ab ordinarijs non, ut l. placet, c. de sacros. Eccles. concurrentibus tamen requisitis, de quibus plenissime per Romanum in causa Alben. Gabelle dec. 339. part. 6. Recenset, Hinc demum fit ut Episcopi, & clerici excusentur ab extraordinarijs tantum, sed ab ordinarijs non item, ut l. 1. & l. de his c. de Episcop.

24. *25.*
 Cler. l. Munerum, §. Patrimoniorum. ff. de muner. & honor. intelligi juxta notata in præalleg. decisi, & per Canonistas in cap. fin. ubi in specie Butr. num. 10. Imol. num. 16. Anchar. num. 7. & Abb. num. 12. supra de verba, & honest. clericor. Ergo similiter jura quæ dicunt furdum, & mutum, & alios similes non habere excusationem à muneribus patrimonialibus, intelligi debent de ordinarijs tantum, non autem de extraordinarijs. Præterquam quod responderi posset leges præallegatas, quæ de muneribus patrimonialibus disponunt, non loqui in specie de cæco, sed de furdum, mutuo, sene, & alijs prædictis, in quibus non viget tanta ratio pietatis, & humanitatis, quanta viget in cæco, cum flagello cæcitatù nulla alia corporalis ægritudo æquari possit, ut scripsi plenè in cap. significantibus in secunda quest. sup. de offic. delegat. Quamobrem cum jure civili non sit cæcum expressè ut cæcus teneatur ad munera patrimonialia extraordinaria, & res saltem sit dubijs succedere communis theoretica, quod ubi in jure canonico reperitur aliquid decusum, de quo dubitatur in jure civili; tunc decisio juris canonici servanda est etiam in foro civili. Quam theoreticè ponit Romanus conf. 176. Iste sunt responsiones, n. 12. dicens, hanc esse Doctorem omnium sententiam in cap. 1. de oper. non. nunciat. ubi hoc exprimit littera, & probatur ex generalitate textus in auct. P. clericis apud propr. Episc. & in Auth. de Eccles. ritual. in princ. & §. Hinc colligitur, 2. quest. 3. & cap. Si in adiutorium, 10. diffinit. eandem theoreticam docuit Angel. 217. In causa accusationis, n. 3. versè. non obsat, ubi præterea inferit ut cum jus civile non statuat expressè ut non liceat appellare sine causa ab interlocutoria; sed tantum statuat ut liceat appellare quamvis causa non exprimitur; & jus canonicè hoc limitet distinguendo dummodo appelletur à diffinitiva, non autem ab interlocutoria: servandum fit jus civile ubique locorum, & in utroque foro sequitur Marant. in practi in terra parte, num. 73. Eodem jgiture modo cum leges civiles, quæ adstringunt prædictos ad subeunda onera patrimonialia, non loquantur expresse de muneribus extraordinarijs, nec de persona cæci; servanda erit ubique dispositio huius decretalis, quæ declarat cæcum non teneri ad collectas, & locundum communem intellectum Canonistarum intelligitur etiam de realibus, cū loquatur generaliter, & indistinctè, licet Canonistæ, ut jus canonicum concordent cum jure civili, hanc generalitatem limitent, & restringant

26. *27.*
 ut non procedat in collectis ordinarijs, à quibus de jure civili nullus habet excusationem. Quibus accedit quod data etiam contrarietate juris civilis, & canonici; nihilominus cum hoc casus agatur de naturali æquitate, prævalet jus canonicum etiam in terris Imperij, ut tradit Bald. conf. 88. Punctus quest. in princ. vers. Modo queritur, lib. 3. Marant. ubi supra num. 76. & Clar. in §. Emphyteutis §. 8. in fin. & idem ubi juris civilis rigor induceret iniquum, prout induceret si cæcum ad collectas adstringeret, cum text. hic dicat id nimis esse inhumanum, ita Jo. de Anania in conf. 30. Piste, & intellectus num. 2. prope finem, vers. Circa vero aliud dubium. Ac demum ubi in causis miserabilium personarum canon aliquid statuit contra jus civile, servari debet canon in illa materia etiam in foro civili, ut decidit in cap. Clerici, supra

28. *29.*
 supra de iudic. Anton. de Butr. num. 12. & Jo. de Imol. num. 2. quos sequitur Felin. reputans hoc singulare in cap. In causis n. vers. & dicitur singulariter supra de testibus, & consentit Maranta ubi supra. Superest nunc ut pro complemento materie investigemus, quæ sint munera ordinaria, & quæ extraordinaria. Et quidem Petr. de Anchar. hic num. 3. licet corruptè legatur, & Jo. de Anania, num. 2. post Bart. in l. Hic qui, n. 5. de tur. immunit. dicit munera ordinaria esse, quæ imponuntur à Principe, vel à lege, ut l. 1. c. de vacat. muner. public. lib. 10. Et ideo collectæ, quæ imponuntur à lege municipali, secundum eos dicuntur

30. *31.*
 munera ordinaria. Et idem de his, quæ clericis imponuntur à Papa, & laicis ab Imperatore, Secus de his quæ imponuntur per Officiales civitatis, puta decem de Bailiva, seu Regalatores; quia hæc sunt munera extraordinaria, ut l. In honoribus, §. Qui muneris, ff. de vacat. muner. & dicit l. unica. Tu adverte, quia Guliel. de Cuneo in l. Neminem, c. de sacros. eccles. dicit munus Ordinarium esse quod habet certam, & determinatam præstationem: extraordinaria verò quæ quandoque per accidens indicuntur l. Seno, §. Melius, ff. de ann. legat. Sed huic theoreticè videtur contradicere d. l. 7. quæ est clavis in materia, dum expressè diffinit, munera ordinaria esse quæ lege, vel senatusconsulto, vel constitutione Principis non sunt injuncta, ut notatur in l. 1. in glimver. Officia, c. de agricol. & censit. lib. 10. & plenè declarat Petr. Antib. in tract. de muner. in §. 3. de 2. divis. muner. n. 9. inter tract. commun. tom. 11. pag. 64. Verum, ut advertit Bartol. in l. 1. c. de mulier. & in quo loco, lib. 10. ubi plenè examinat hanc materiam, illa lex concordat cum dicto Guliel. quia quando munus imponitur lege, vel constitutione perpetua, ex necessitate habet certam, invariabilem, & ordinariam præstationem, quod non contingit in his, quæ interdum per accidens imponuntur, cum talia certam, & ordinariam præstationem non habeant, & sequitur Gemini. in conf. 116. Quia prædicti, n. 2. Ad hoc igitur ut munus dicatur ordinarium, non sufficit ut indicatur à Principe, ut dicunt Anchar. & Anania, sed oportet ut indicatur lege, vel constitutione, & sic ut sit invariabile, & perpetuum. Unde munus extraordinarium est quod à Principe indicitur, quia natus est sibi filius, vel quia, uxorem duxit, ut notatur in l. Placet, c. de sacros. eccles. & idem esset si fieret novus miles, vel si filiam nupti traderet, aut Papam inviseret, vel quid simile, cum enim per accidens, non autem lege, senatusconsulto, aut constitutione Principis injungantur, extraordinaria sunt, ut in d. l. 7. & per Antibol. ubi supra, n. 20. Quæ ratione subsidium quod frequenter postulat à Principe, extraordinarium dicitur. Eodem modo munus, quod imponitur extra ordinem propter publicam utilitatem, extraordinarium est, ut notat Innoc. in c. Non minus, super gl. in ver. Prohibemus, infra de immunit. eccles. qui idè dicit de munere injuncto ad instructionem itineris, & pontium. In specie autem collectas, quæ imponuntur personæ pro rebus, munera extraordinaria esse, cum certam, & determinatam præstationem non habeant, firmant Gemini. d. conf. 116. nu. 2. plenè

Jo. de Imol. conf. 43. In casu præmissio. Aretin. conf. 132. in causa, quæ vertitur, in princ. & Alexan. conf. 68. Vifo, in princ. lib. 2. quibus adde Baldum conf. 112. de Generali, n. 6. vers. Quoddam est munus, lib. 2. qui dicit collectam esse munus repentiū, & extraordinarium, quod pro necessitatibus temporum variatur, & est quandoque magnum, quandoque parvum, quandoque nullum. Quod tamen intelligi nisi collecta ex statuto, vel constitutione esset effecta ordinaria, quod fieri potest ut l. 1. c. de iudic. lib. 10. dummodo tamen hoc fiat lege, senatusconsulto, vel Constitutione Principis. Alias enim statutum inferiorum facere non potest, ut collecta sit munus Ordinarium, ut declarat Baldus d. conf. 112. num. 6. Præterea statutum.

DE CENSIBVS.
 Cap. Olim.
 S V M M A R I V M.
 Censuræ solvendi sunt ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, & n. 2.
 Nisi sit in alterius monete solutione præscriptum, n. 1. & 14. seqq.
 Moneta valor alteratur intrinsicè, vel extrinsecè.
 Moneta valor cum alteratur intrinsicè, fieri debet solutio ex antiqua moneta, si extet, sin minus ad illius estimationem.
 Amplia primò, si ve moneta valor fuerit auctus, si ve imminutus, n. 6.
 Amplia secundo, etiamsi creditor per plures vices receperit solutionem in alia moneta, n. 7.
 Amplia tertio, etiamsi illi non receperit sine ulla præstatione, n. 8.
 Amplia quarto etiam in ultima voluntate, n. 9.
 Amplia quinto etiam in pensione, n. 12.
 Amplia sexto, ex quacunque dispositione debitum fuerit contrarium, n. 13.
 Limita nisi fuerit in alterius monete solutione præscriptum, n. 14. & seqq.
 Aestimatio licet non fuerit petita in libello, tamen quando aliquid dari, vel tradi est in obligatione, Index potest condemnare ad rem, vel ad illius estimationem.
 Legatum florenorum solvi debet ad rationem monete, quæ currebat tempore conditi testamenti.
 Idem in legato annuo.
 Solutio fieri debet ad monetam currentem tempore solutionis quando obligatio est incerta.
 Pensio, si valor monete alteretur intrinsicè solvi debet de pecunia, quæ currebat tempore reservationis.
 Præscriptio inducitur tam pro debitore, quam pro creditore, si soluta fuerit moneta unitus speciei spatio longissimi temporis.
 Censuræ præscripti non potest.
 Quod verum est in totum, sed in parte secus.
 Nisi debitor sit in mala fide solvendo denarios Episcopos pro Lucensibus.
 Præscriptio solutionis in aliena moneta procedit non obstante præstatione creditoris.
 Præscriptio non interruptit præscriptionem nisi in censibus, &c.

supra de iudic. Anton. de Butr. num. 12. & Jo. de Imol. num. 2. quos sequitur Felin. reputans hoc singulare in cap. In causis n. vers. & dicitur singulariter supra de testibus, & consentit Maranta ubi supra. Superest nunc ut pro complemento materie investigemus, quæ sint munera ordinaria, & quæ extraordinaria. Et quidem Petr. de Anchar. hic num. 3. licet corruptè legatur, & Jo. de Anania, num. 2. post Bart. in l. Hic qui, n. 5. de tur. immunit. dicit munera ordinaria esse, quæ imponuntur à Principe, vel à lege, ut l. 1. c. de vacat. muner. public. lib. 10. Et ideo collectæ, quæ imponuntur à lege municipali, secundum eos dicuntur munera ordinaria. Et idem de his, quæ clericis imponuntur à Papa, & laicis ab Imperatore, Secus de his quæ imponuntur per Officiales civitatis, puta decem de Bailiva, seu Regalatores; quia hæc sunt munera extraordinaria, ut l. In honoribus, §. Qui muneris, ff. de vacat. muner. & dicit l. unica. Tu adverte, quia Guliel. de Cuneo in l. Neminem, c. de sacros. eccles. dicit munus Ordinarium esse quod habet certam, & determinatam præstationem: extraordinaria verò quæ quandoque per accidens indicuntur l. Seno, §. Melius, ff. de ann. legat. Sed huic theoreticè videtur contradicere d. l. 7. quæ est clavis in materia, dum expressè diffinit, munera ordinaria esse quæ lege, vel senatusconsulto, vel constitutione Principis non sunt injuncta, ut notatur in l. 1. in glimver. Officia, c. de agricol. & censit. lib. 10. & plenè declarat Petr. Antib. in tract. de muner. in §. 3. de 2. divis. muner. n. 9. inter tract. commun. tom. 11. pag. 64. Verum, ut advertit Bartol. in l. 1. c. de mulier. & in quo loco, lib. 10. ubi plenè examinat hanc materiam, illa lex concordat cum dicto Guliel. quia quando munus imponitur lege, vel constitutione perpetua, ex necessitate habet certam, invariabilem, & ordinariam præstationem, quod non contingit in his, quæ interdum per accidens imponuntur, cum talia certam, & ordinariam præstationem non habeant, & sequitur Gemini. in conf. 116. Quia prædicti, n. 2. Ad hoc igitur ut munus dicatur ordinarium, non sufficit ut indicatur à Principe, ut dicunt Anchar. & Anania, sed oportet ut indicatur lege, vel constitutione, & sic ut sit invariabile, & perpetuum. Unde munus extraordinarium est quod à Principe indicitur, quia natus est sibi filius, vel quia, uxorem duxit, ut notatur in l. Placet, c. de sacros. eccles. & idem esset si fieret novus miles, vel si filiam nupti traderet, aut Papam inviseret, vel quid simile, cum enim per accidens, non autem lege, senatusconsulto, aut constitutione Principis injungantur, extraordinaria sunt, ut in d. l. 7. & per Antibol. ubi supra, n. 20. Quæ ratione subsidium quod frequenter postulat à Principe, extraordinarium dicitur. Eodem modo munus, quod imponitur extra ordinem propter publicam utilitatem, extraordinarium est, ut notat Innoc. in c. Non minus, super gl. in ver. Prohibemus, infra de immunit. eccles. qui idè dicit de munere injuncto ad instructionem itineris, & pontium. In specie autem collectas, quæ imponuntur personæ pro rebus, munera extraordinaria esse, cum certam, & determinatam præstationem non habeant, firmant Gemini. d. conf. 116. nu. 2. plenè

- 21 Prescriptio censui in alia moneta contra Ecclesiam debet esse quadragenaria contra privatum sufficit triginta annorum.
- 22 Moneta valor si alteratur extrinsecè, fieri debet solutio habito respectu ad valorem monete secundum communis solutionem.
- 23 In affirmatione valorum in finitur tempus solutionis.
- 24 Moneta quando suic taxata ab initio, in solutione attenditur valor taxatus.
- 25 Afirmatio facit venditionem.

OLIM. Solvendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, nisi sic in alterius monete solutione præscriptum. Hoc dicit secundum omnes, & est casus valde notabilis, secundum Abb. Primò narrat factum, Secundo decidit exprimeudo motiva, ibi, *Cum dicitur.*

2 Nota ex hac Decretali solutionem census faciendam esse ad antiquam monetam, quæ currebat tempore institutionis. Et ita hic est casus ad litteram, secundum Jo. Andr. Butr. Gard. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. in sum. textus Castil. *conf. 33. num. 12.* Sed quia in hac materia ingens est opinio varietas, ut patet ex cumulatis per Ant. Gabriel. *comm. conclus. lib. 3. de solut. conclus. 1. cum pluribus segg. Pro* clariori explicatione distinguendi sunt duo casus principales. Primus est quando valor, seu bonitas monete alteratur intrinsecè ob alterationem materie, seu ligæ, vel ponderis. Secundus est quando valor, seu bonitas monete alteratur extrinsecè, eo quod eodem pondere, materia, & liga manentibus alteratur valor ob Principis voluntatem, vel aliam causam extrinsecam, vel accidentalem, ut plenè notatur in cap. *Quanto: supra de iurcur. & per Legistas in l. Cum quid. ff. Si certum petatur, & per Anchar. hic in 6. notab.*

4 In primo casu id est cum bonitas, seu valor monete alteratur extrinsecè, hæc autem conclusio, videlicet solutionem debiti pecuniarii faciendâ esse ex moneta antiqua, quæ scilicet currebat tempore debiti contracti, si inveniatur; non autem ea nova, quæ modo est in usu: si verò non inveniatur, antiqua, tunc faciendam esse solutionem ad illius affirmationem id est ex nova, quæ æquivaleret antiquæ. Ita Innoc. hic in *prime. Host. in 1. in ver. Ad Papien. Abb. Antiq. & Jo. Andr. ambo nu. 3. Abb. Sicul. n. 4. & alii communiter, Host. in c. Quanto, num. 4. vers. Quia ergo si Mercator de iurcur. & ibi Jo. Andr. num. 6. vers. Quarit autem Hostien. Butr. nu. 12. vers. Secundus quando, Anchar. nu. 10. vers. Quanto querit, Imol. n. 18. vers. Circa tertium, & Abb. num. 12. vers. Venio ad secundum, ubi asserit ita communiter teneri per Canonistas, & Legistas, Bart. in l. Paulus, la prima, n. 6. vers. Quæ ratio quid si moneta est mutata. ff. de solut. Bald. in l. Acceptor. am. num. 45. in 17. quest. C. de usur. Bertrand. dicens communem in *conf. 312. in princip. vol. 1. & alii plures apud Gabriel. comm. conclus. lib. 3. de solut. concl. 1. num. 1.**

Ratio huius conclusionis est, quia moneta ipsa antiqua erat in obligatione, ac etiâ in condemnatione, ut per Innoc. in *prime. Abb. Antiq. nu. 3. Hostien. nu. 17. in ver. Denariorum Papiensium, Jo. Andr. num. 5. Bart. in l. Si quis stipulatus, nu. 3. ff. de solut. Bald. conf. 213. num. 2. vol. 5. Rota de-*

cif. 149. num. 4. par. 2. rectoriorum.

5 Et clarè probatur in hac Decretali nam denarii Papienses pro synodatico erant in obligatione, & de illis ab ipso fuit facta petitio, ut patet ibi: (Unde petebat eos ad Papiensium solutionem compelli.) Et Pontifex per distinctivam sententiam condemnavit Clericos ad solutionem Papien. vel ad affirmationem eorum, ut patet in fin. text. quia scilicet Papienses non reperiebantur, alioquin fatua fuisset sententia, quæ cum res peteretur, & prælati posset, in affirmationem condemnare, ut l. final. C. de fideicom. liberi, & oblatet l. *Præfundus. ff. commun. Divid. & cap. Cion de testat. §. final. de ordin. cognit. non enim placet expositio Host. hic n. 1. in ver. Compelli, supplicitis litteram, & dicens hic fuisse petitam alternativè solutionem Papiensium, vel eorum affirmationem. Quoniam hoc est divinarum, cum in petitione Episcopi nulla mentio de affirmatione facta fuerit, secundum Abb. hic n. 5. Hic igitur fuerunt petiti Papienses simpliciter, & quia non exstabant, etiam ad eorû affirmationem fuit facta condemnatio: nec sententia fuit incepta, quia quando aliquid dari, vel tradi est in obligatione, satis est in libello illud petere, & si haberi non potest, iudex potest condemnare ad illud, quod est in obligatione, tradendum, vel ad illius affirmationem licet affirmatio non fuerit petita in libello, ut notat Bart. in l. *Stipulationes non dividuntur in fin. ff. de verb. obligat. quod dicit valde notandum, Abb. hic n. 5. Et est simile in eo, qui agit exemplo ad re venditam: nam res in obligatione est, l. Exemptio, in l. responsio, ff. de act. empr. Et ideo res ipsa venit in condemnatione, ut ibi; Sed venditor liberatur præstando interese, l. 1. ff. eod. Sicut liberatur hic debitor præstando affirmationem, secundum Innoc. hic in *princip. Hostien. num. 1. in ver. Ad Papien. & num. 7. in ver. Denariorum Papiensium, & Jo. Andr. num. 3. & 5.***

6 Amplia primò conclusionem superius firmatam ut locam habeat si antiqua moneta valor fuerit intrinsecè auctus, sive imminutus; utroque enim casu si moneta ipsa antiqua non reperitur, fieri debet solutio ad illius affirmationem, nulla habita ratione augmenti, vel diminutionis, gl. ult. hic dicens per hoc solvi questionem dominicalem Bartholomei Brixienis 23. incipiens. *Cum ad monasterium*, quod ad antiquam monetam, & mensuram antiquam faciendâ est solutio, si nova sit melior, ut c. *Quanto, supra de iurcur. & est expressum, in c. Cum Canonici, infra eod. si sit deterior, ut in hoc cap. Et cum gl. transeunt hic Innoc. post medium in ver. Papien. arg. ad veterem, Hostien. in fin. Abb. Antiq. in *prim. dicens secundum monetam antiquam constitutam persolvendum esse annuum censum, si sit minorata, ut hic (scilicet intrinsecè) si sit majorata, ut c. Cum Canonici, infra eod. Bald. conf. 499. Quæstio ista, num. 2. vers. Et est contra si moneta parva esset ingrossata, non propterea cresceret prælatio, vol. 1. & alii apud Anton. Gabriel. lib. 3. de solut. conclus. 1. num. 18. & 19.**

7 Amplia secundò, etiam creditor per plures vias receperit solutionem censuum in alia moneta ab illa, in qua fuit institutus, ut patet in hoc cap. ubi Episcopus receperat denarios Lucentes spatio triginta annorum, & nihilominus sibi non præiudicavit in Papiensibus, cum præscriptio non esset

com-

completi, ut latius dicitur infra in prima limitatione.

8 Amplia tertio, etiam si creditor receperit novam monetam simpliciter, ac sine ulla protestatione, quia nihilominus sibi non præiudicat in antiqua, ut hic sensit Innoc. qui exponens litteram in verb. *Protestatus*, dicit idem esse si protestatus non esset, & sequitur Hostien. *num. 2.*

9 Amplia quarto, etiam si in ultima voluntate: nam si testator legavit centum florenos, & postea tandiu supervixit, ut intrinsecè mutata fuerit moneta, solvendum est legatum ad rationem monete, quæ currebat tempore conditi testamenti, ut ex facto respondit Oldradus *conf. 31. Thematate est, Quia condens*: ideoque legatum annuum debetur juxta affirmationem monete, quæ erat in usu tempore facti legati, quando est facta mutatio in bonitate intrinseca, secundum veriorum, & magis communem opinionem, de qualitate per Albertum Brunum in *tract. de augum. in ult. concl. princ. & in 9. declarat Signorol. conf. 74. per totum, Aret. conf. 84. Disgener in princip. Corn. conf. 287. in 4. consultat. in fin. lib. 1. & conf. 181. lib. 2. & conf. 109. in princip. lib. 4. ubi attestatur hanc esse communem sententiam omnium sententiam, Socin. *conf. 298. Pro fundamento lib. 2. qui num. 1. vers. Vbi dicit Abbas, similiter testatur hanc sententiam tenere omnes tam Legistas, quam Canonistas. Et quamvis Romanus conf. 123. circa primum in princ. & num. 1. col. 2. vers. Præmissis tamen, tenuerit in debito ex testamento solvendam esse monetam currentem tempore solutionis, non autem tempore conditi testamenti, per textum, de quo dicit Oldrad. non fuisse recordatum in l. Cum certis, ibi, Pretium præteritis temporis, ff. de aur. & arg. leg. Tamen ille textus iudicio meo parum facit, quia loquitur in eo casu, in quo certa species pecunie non fuit designata, sed certum auri, vel argenti pondus legatum. Quotiescunque autem obligatio est incerta quoad pecuniam, veluti si promitto solvere centum, nec dico in auro, sed simpliciter scuta centum, semper solutio faciendâ est ad monetam currentem tempore solutionis, ut notat Bald. *conf. 407. Super facto Domini, num. 1. vers. In Contrarium, lib. 5. Castellin. conf. 37. n. 9. Unde non recedas a communi opinione.***

12 Amplia quinto, etiam in pensione, quia si moneta erat vilis, & augeatur intrinsecè, solutio fieri debet de illa pecunia vilis, quæ currebat tempore reservationis, vel de nova, habito respectu ad valorem illius vilis monete, & idem casu converso si valor intrinsecus monete antiquæ diminuat, Oldrad. *conf. 250. Factum tale est, Bonifac. num. 1. vers. Ad primam questionem.*

13 Ampliat sexto, generaliter ex quacumque dispositione debiti fuerit contractum, quia solutio fieri debet de moneta, quæ currebat tempore debiti contracti, aut si non extet, de moneta, quæ modo est in usu, ad affirmationem tamen monete antiquæ, Abb. hic nu. 4. & conf. 56. *Quod solutio, in princ. & per tot. lib. 2. Bald. conf. 499. Cam volis, nu. 1. vers. Quæstio ista, vol. 1. ubi quod in omni contractu, & obligatione attenditur valor intrinsecus monete tempore contractus, Gemin. *conf. 137. Quia alias, in princ. vers. Item ista mutatio, plenissimè Signorolus conf. 74. Quæstio alis, per totum.**

14 Limita nunc propositam conclusionem, nisi fue-

rit in alterius monete solutione præscriptum, ut patet à contrario sensu in hoc c. ibi. *Non nisi triginta sex annorum ad plus tempus effluxerit.* Per hoc enim innuit, ut si effluxisset tempus aiorum quadraginta, bene præscriptum esset in solutione alterius monete: & ita ex hac littera deducit gl. in ver. *Non nisi triginta sex*, Innoc. *circa fin. in ver. Papien. Abb. Antiq. num. 1. Jo. Andr. num. 10. & idem Jo. Andr. Butr. Anchar. & omnes supra in summ. text. Bald. conf. ult. quod est conf. 500. nu. 2. lib. 1. Hinc collige, ut si creditor recipiat unam speciem pecunie loco alterius longissimo tempore non cogitur debitor in futurum solvere de pecunia primæ speciei. Nam hic solvisset denarios Lucentes pro Papiensibus spatio quadraginta annorum, non cogetur postea solvere Papienses, quod est mirabile, secundum Innoc. *hic in fin. ut solutio eiusdem rei pro utroque præscriptio inducat, scilicet pro Episcopo nec cogatur recipere Papienses, & pro plebe non cogatur eos solvere, sed Lucentes; ut sic eadem præscriptio obligationem inducat in una specie, & liberationem in alia, de quo hic plenius per Ancharan. in secunda opposit. num. 8.**

16 Verum Hostien. hic num. 4. in ver. *Et à tempore*, tenuit hoc casu non incurrere præscriptionem, quia sicut census præscribi non potest, l. *Male agitur, & l. Competit, C. de præscript. 30. annorum; Ita nec illius diminutio, saltem ab eo, qui malam fidem habet, prout hic, secundum eum, arg. cap. *Constitutus*, & patet in cap. *final. de præscript. & cum Hostien. concordat Arch. in cap. Relata; in gloss. Adde dicas quod in tali, 10. quest. 1. & Signorolus, conf. 74. per tot. Maximè num. 12. & segg.**

17 Sed communiter tenetur oppositum, ut ex dictis constat, & testatur Abb. hic num. 6. Nec obstat motivum, quod census præscribi non possit; quia verum est in totum, sed secus in parte, exemplo decimarum, ut hic bene per Henric. Boich. n. 22. Vel certè secundum eundem Henric. d. n. 2. concilia opiniones hac distinctione, videlicet aut isti clerici solvebant denarios Lucentes nomine, & loco Papiensium; & nunquam præscribere possunt, cum habeant malam fidem; & ita potest intelligi vera opinio Host. aut solvebant eos tantum pro Lucentibus, non credentes se alios debere, & hoc casu potuerunt præscribere, cum bonam fidem habeant, & ita potest intelligi opinio glossæ & sequacium: & adde Gabriel. *comm. conclus. lib. 3. de solut. conclus. 1. n. 28.*

19 Procedit autem hæc præscriptio licet creditor recipiendo census in alia moneta jus suum semper protestatus fuerit: nam præscriptio currit, & completur non obstante tali protestatione, ut probat hic text. ibi *ius tuum fueris protestatus*, iuncto versic. *Non nisi triginta sex annorum; innuens per hoc, ut si præscriptio fuisset completa, huiusmodi protestatio minimè profuisset: & ita ex hac littera deducit gl. 1. & 3. Innoc. in verb. *Protestatus* Abb. Antiq. num. 1. in eod. verb. Hostien. n. 20. 2. Reddentes rationem, quia protestatio non interruptit præscriptionem, nisi in casibus c. *Refloratis, in fin. supra de offic. Ordinari. & l. Vt perfectus* C. de *Annal. except. quæ est canonizata in §. penul. vers. Is autem cui res præscribitur, 16. quest. 3.**

21 Ceterû quod dictum est de præscriptione 40. anno-

annorum, intelligas verum in ecclesia, juxta terminos huius Decretalis. At in privato sufficit praescriptio minoris temporis; & sic ut per triginta annos semper facta fuerit solutio ad rationem monetæ currentis tempore solutionis; ita gloss. in cap. Conquerente, in ver. Salidos, supra de off. ju. Ordin. Hostien. in summa de decimis, §. Ex quibus, col. i. vers. Quod si moneta, & alii plures apud Gabriel. d. conclus. i. num. 25.

22 In secundo casu principali, id est cum valor antiquæ monetæ alteratur extrinsecè, statuenda est conclusio primæ opposita; videlicet solutionem esse faciendam habito respectu ad valorem monetæ, secundum tempus solutionis, gloss. in cap. Qui generat, in ver. Nostro, 32. q. 4. Doctores in cap. Quanto, supra de iur. iur. & est communis opinio ut attellatur Fran. Aretin. cons. 11. num. 3. Marian. Socin. cons. 101. n. 1. & n. 12. vol. 3. Boer. decis. 327. nu. 4. vers. ista est communis, Couar. de collat. veter. num. in cap. 7. §. Vnic. conclus. 8. sub num. 5. quam etiam sequitur Bart. in l. Paulus, la prima, in fin. ff. de solut. Baldus cons. 213. Punctus questionis. num. 1. vol. 5. & alii plures congesti ab Antonio Gabriele commun. conclus. lib. 3. de solut. conclus. 2. num. 1. eamque secuta est Rota in causa Bonomen. de Palestris die 1. Iulij 1605. coram Manzanedo ut in recent. decis. 149. per rotam maxime num. 5. part. 2. ubi etiam num. 8. pro hac communi conclus. inducit textum in d. l. Cum quid, ff. Si certum petatur, & n. 6. Rationem assignat; tum quia hoc casu bonitas monetæ intrinseca non mutatur, sed tantum bonitas extrinseca, id est valor. In estimatione autem valoris inspicitur tempus solutionis, d. l. Cum quid, & l. Vinum ff. Si certum petatur, & d. l. Paulus, ff. de solut. & hoc pro regula tradit Franc. Aret. d. cons. 11. n. 3. quam sequitur Boer. ubi supra. Ad idem est cons. Bald. 269. Super eo circa fin. vol. 2. & Cemin. cons. 137. Quia alias, nu. 1. Tum quia quando valor monetæ antiquæ fuit diminutus, satis est solvere ipsam monetam antiquam, licet id redundet in damnum creditoris, ut fatetur omnes in d. l. Cum quid, ff. Si cert. petatur ubi in specie Socin. conclus. 3. & Hieronym. Gabriel. cons. 164. Civitatis supra qua. nu. 4. vol. 4. Sicut igitur diminutio credit in incommodum creditoris, ita & augmentum cedere debet in ipsius commodum. Ad regulam Quia sentit commodum, de reg. iur. lib. 6. & l. Secundum naturam, ff. eod. & tradunt Boer. ubi supra n. 3. vers. Quia sicut diminutio, & Franc. Aret. cons. 84. in princ. & Couar. qui communem dicit, de collat. veter. num. in cap. 7. §. un. conclus. 4. sub. num. 3.

23 quid, ff. Si certum petatur, & n. 6. Rationem assignat; tum quia hoc casu bonitas monetæ intrinseca non mutatur, sed tantum bonitas extrinseca, id est valor. In estimatione autem valoris inspicitur tempus solutionis, d. l. Cum quid, & l. Vinum ff. Si certum petatur, & d. l. Paulus, ff. de solut. & hoc pro regula tradit Franc. Aret. d. cons. 11. n. 3. quam sequitur Boer. ubi supra. Ad idem est cons. Bald. 269. Super eo circa fin. vol. 2. & Cemin. cons. 137. Quia alias, nu. 1. Tum quia quando valor monetæ antiquæ fuit diminutus, satis est solvere ipsam monetam antiquam, licet id redundet in damnum creditoris, ut fatetur omnes in d. l. Cum quid, ff. Si cert. petatur ubi in specie Socin. conclus. 3. & Hieronym. Gabriel. cons. 164. Civitatis supra qua. nu. 4. vol. 4. Sicut igitur diminutio credit in incommodum creditoris, ita & augmentum cedere debet in ipsius commodum. Ad regulam Quia sentit commodum, de reg. iur. lib. 6. & l. Secundum naturam, ff. eod. & tradunt Boer. ubi supra n. 3. vers. Quia sicut diminutio, & Franc. Aret. cons. 84. in princ. & Couar. qui communem dicit, de collat. veter. num. in cap. 7. §. un. conclus. 4. sub. num. 3.

24 Fallit hæc secunda conclusio quando moneta ab initio fuit taxata, puta aureum, ad eam rationem, ut 75, constituant liberam tunc enim attenditur valor taxatus, Bald. cons. 499. Questio ista, non. 1. vers. Sed hoc non obstante, lib. 1. & cons. ult. quod est 500. per rot. eod. lib. Qui hoc sublimitatis nisi præscripta sit solutio in alia moneta, Ratio limitatio est, quia æstimator fecit venditionem, l. Per amque, §. Si ante, cum seq. ff. de iure dot. l. Si æstimator, & l. Quoties, C. eodem, & ideo debet reddi illa æstimatorio, & non major, vel minor, Bald. 339. Punctus questionis alius est, vol. 2. Boer. decis. 327.

DE CENSIBVS. Cap. Cum venerabilis.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus remittens ecclesie servitia, qua sibi debebat pro annua pensione, & statuens, ut aliud servitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse.
- 2 Procuratio est visitationi annexa.
- 3 Visitatio ab Episcopo semel tantum in anno est facienda nisi auctoritas, vel necessitas aliud postulet.
- 4 Episcopus in visitatione sua Cathedralis an teneatur sibi adungere aliquos eiusdem ecclesie Canonicos.
- 5 Solus dicitur esse exclusus a aliorum.
- 6 Includit tamen connexa.
- 7 Solutus Episcopus intelligitur cum Capitulo, ubi materia inter Episcopum, & Capitulum est simul anexas ibidem.
- 8 Præcedentia magis influunt in sequentia, quam è converso.
- 9 Episcopus in visitatione Capituli sua Cathedralis potest assumere sibi quos velit adiunctos, etiam extra gremium Capituli.

CUM VENERABILIS. Episcopus remittens ecclesie servitia, quæ sibi debebat pro annua pensione, & statuens, ut aliud servitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse. Hoc dicit, secundum Jo. Andr. & omnes.

In textu ibi, bis in anno. Nota Episcopum posse bis in a. no procurationem recipere: & sic posse ecclesias sibi subiectas correctionis causa non semel tantum, sed bis in anno visitare: nam si potest in anno exigere duas procurationes, ergo & duas visitationes facere, cum visitationi annexa sit procuratio, ut dicitur in littera, Sed obstat text. in cap. Mandamus, supra de offic. Archid. ubi prohibetur visitatio pluries in anno, nisi forte talis causa emergerit, propter quam oporteat sapius visitare. Ita contrario; nam semel tantum in anno, & non pluries est visitandum, nisi nova causa emergerit, ut ibi, & in cap. Decrevimus, ibi, & annuis vicibus diocesanes ab Episcopo visitentur, 10. q. 1. & in cap. Episcopum ibi. Per cunctas dioceses parrochiasq; suas per singulos annos ire oportet ead. caus. & quest. & in cap. Conquerente, supra de off. Ordinarij, ubi inter jura Episcopalia recensetur annua visitatio, & in Concilio Trident. sess. 7. cap. 8. ibi, singulis annis visitare teneatur. Textum autem nostrum intelligas secundum determinationem d. cap. Mandamus, de offic. Archid. ut scilicet etiam bis in anno possit Episcopus visitare, & procurationem exigere, si utilitas, vel necessitas iteratam visitationem expolcat: & ita etiam intelligas cap. Visitandi, ibi, Quoties placuerit, & cap. seq. 18. q. 2. ubi dicitur non semel sed sæpius in anno Episcopi visitent, id est si opus fuerit, prout hæc jura conciliat gloss. hic in verbo Bis in anno. Item gloss. in d. cap. Mandamus, in verb. Sapius visitare, de off. Archidiacon. Item gloss. in d. cap. Visitandi, quæ intelligit verba illa, quos

ties placuerit, id est cum utilitas, vel necessitas existit. Ex Concilio autem Trident. Episcopus potest Capitulum suæ Cathedralis ecclesie visitare quoties opus fuerit, ut statuitur cap. 4. sess. 6. de visitatione diocesis vide quod habetur in cap. 3. sess. 24. & quod scriptum in cap. Conquerente, num. 74. de off. Ordin.

Ceterum et si superius firmatum sit, Episcopum posse per hoc textum bis in anno recipere procurationem, tamen Episcoporum Congregatio in vna Latinen. 10. Junij 1866. decrevit licere quidem Episcopo ex causa visitare pluries in anno; sed vetuit accipere procurationes in quibuscumque visitationibus intra annum, excepta prima.

Sed hic incidenter QUERO; cum decreto d. r. 4. sess. 6. cautum sit, ut Capitula Cathedralium ecclesiarum nullis privilegiis tueri se possint quo minus ab Episcopo per seipsum solum, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis juxta canonicas functiones toties quoties opus fuerit visitari valeant: nam quid Episcopus in visitatione sui Capituli teneatur sibi adungere aliquos eiusdem Ecclesie Canonicos.

Videtur respondendum non teneri iam Constitutionibus Canonice non cavetur, ut Episcopus in visitatione sui Capituli ecclesie Cathedralis assumat secum Canonicos eiusdem ecclesie, qui potius contrarium habetur in extravaganti Bonifacii VIII. Debeat, de off. Ordin. inter communes: Jura autem adducta per Abbatem in c. Præter eodem ritul. intelligenda sunt ubi Prælati visitat alia loca à Capitulo suo, in quibus diversitas ratio est, cur Episcopus assumat Canonicos, ut per gloss. in d. Extravag. Debeat, in verb. Reliquis. Et quatenus expresse id jure cautum reperiretur, tamen Concilium in d. cap. 4. dicitur vet bis in dulle Episcopis, ut possent per seipsum solos visitare suarum Cathedralium Capitula, quæ dictio, solus, est exclusiva aliorum, l. His solis, C. de revocand. donationibus cap. Ego solus, §. Assi. cum similib. ut per Cardin. Seraphin. 820. n. 6. Quod si dicitur illo includit connexas unde solus Episcopus intelligitur cum Capitulo, Archid. in c. 2. de accusat. lib. 6. & ex illo Bald. in l. 1. num. 4. de honor. poss. contra Tabul. advertendum est id procedere, ubi materia communis est, & immo à Capitulo, & Episcopo explicita visitatio autem Capituli spectat ad Episcopum; & si in ea Capitulares adhibentur, suspicari essent, & consuetudo contraria reprobat in d. Extravag. Debeat. Præterea Concilium ulterius processit permittendo Episcopis, ut per seipsum solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis, visitent ergo cum dixit solos, exclusit quoscumque ipsi non elegerint. Ad hæc Concilium in cap. 8. sess. 25. specialiter providet, ut Episcopus, qui extra visitationem procedere vult contra Capitulares, procedat cum adiunctis à Capitulo electis; ergo sentit eum non teneri aliquos sibi assumere in visitatione, arg. c. Nomen de presumptis, & arguendo à speciali, vel à contrario sensu.

Non obstant illa verba, iuxta canonice sanctiones: quia intelligenda sunt, ut limitent arbitrium Episcoporum circa adiunctos quos sibi in visitatione possunt assumere: nec enim plurimos assumere debent, ne sint onerosi Capitulis, sed debent esse contenti duobus, vel tribus clericis, ut expresse dicitur in d. Extravag. Debeat, & per Abbatem Prosop. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

batem in d. c. Præterea, & ibi dixi n. 10. de off. Ordin. Et videtur omnino Concilium inhære prædictæ Extravag. Bonifacii VIII. potest etiam dicta modificatio, juxta canonicas functiones, referri ad immediatè sequentia ibi, toties quoties opus fuerit corrigi, &c. cum præcedentia magis influant in sequentia, quam è converso, l. Quisquis, ff. de leg. Et Episcopum solum posse visitare Capitulum suæ Cathedralis ecclesie, exclusis quibusvis Canonicis, sentit sacra Congregatio Concilii in causa Seguntina, cum præcedentibus Canonicis ut Episcopus volens sibi aliquos adiunctos assumere de ipso Capitulo, monere teneretur. Respondit, imo Episcopum posse ex Concilio sess. 6. cap. 4. in actu visitationis assumere sibi quos velit adiunctos etiam extra gremium Capituli.

Idemque videtur sentisse quoties rescriptis decretum Concilii de adiunctis non habere locum nisi in Capitulis exemptis: Si enim semper teneretur assumere Adjunctos de Capitulo, frustra fieret distinctio inter exempta, & non exempta. Nec dicitur illud decretum intelligi extra visitationem. Quia Concilium d. c. sess. 25. Illud, quod statutum fuerat d. c. 4. sess. 6. In visitatione, ampliat extra visitationem cum illa modificatione: & his adde quod dixi in c. Præterea, n. 37. & seqq. de off. Ordin. ubi habes propositi dubij resolutionem à Gregorio XIII. approbatam, rejecta Rote interpretatione.

DE CENSIBVS. Cap. Procuraciones.

S V M M A R I V M.

- 1 Procurandi sunt Prælati cum personaliter visitantur, secus per alium, & n. 6.
- 2 Legati, & Nuncij Pape pro his diebus tantum, quibus morantur abant, procurari debent.
- 3 Procuratio ratione visitationis debetur Archiepiscopi, & alijs inferioribus Prælati.
- 4 Declaratur.
- 5 Legati, & Nuncij Apostolici habent in visitandi, & exigendi procurationem, ratione visitationis debitam.
- 6 Procuratio non debet recipere beneficium, qui non facit visitationi officium.
- 7 Visitacionem non licet Episcopo alteri demandare, nisi fuerint legitime impediti.
- 8 Archiepiscopi, Decani, & alij inferiores visitare debent per seipsum assumpto Notario de consensu Episcopi.
- 9 Nisi hodie possunt visitare per alios etiam in casu legitimum impedimenti.
- 10 Archiepiscopus per alium visitare volenti prohibere potest Episcopus non obstante, quod ad immemorabili per alium visitaverit.
- 11 Capitula exempta Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum nequeunt ab Episcopo visitari nisi per seipsum.
- 12 Procuratio non debetur Episcopo cum per alium visitat solus visitans.
- 13 Procuracionem an possit Episcopus per alium visitantem recipere à volente.
- 14 Indultum recipiendi procuracionem denegatur Episcopo.

- 16. qui morbo correptus inchoat. an visitationem per alium obsequere intendebat.
- 17. Visitatores contenti esse debent modesto equitatu. & non latente.
- 18. Nec veclura, aut ferratura equorum eis debentur, sed tantummodo victus pro equis.
- 19. Nec si equi mortuorum possint alius emere, an expressio itineris recipiatur.
- 20. Procuratorem numerum commensurandum esse numerum dierum, in quibus manus visitationis impenditur.
- 21. Procurator si ab una Ecclesia integre solvi non possit, an liceat Episcopo plures Ecclesias contingere ad unam procuratorem solvendam, & n. seq.
- 22. Procuratio ab Ecclesia pauperibus non est recipienda, etiam si gratia offeratur.
- 23. Visitatio omnium scopus quæ sit.
- 24. Procuratorem iudicium exigentes tenentur duplum restituere infra mensem ecclesie gravate, & n. seq.
- 25. Intellectus. cap. Quomiam 18. dist. 8. n. seq.
- 26. Manera etiam sponte oblata in visitatione recipientes male dictionem incurrent, quæ a non liberantur, nisi duplum restituant.
- 27. Contumacia crimen panitur in quadruplum.
- 28. Archiepiscopus qui aliquid inseri ex bonis Episcopi. accedenti ad provinciale Concilium. pena quadrupli est puniendus.
- 29. Excommunicatio lata ab Episcopo in Abbatem, qui eum visitare volentem renuit recipere, & procurare, appellatoremque interposuit, an valeat, & n. seq. n. in fin.
- 30. Quid si Episcopus sit in quasi possessione visitantis. Et quid si non sit in eummodi quasi possessione, n. 37. Et quid si de quasi possessione sit dubium, n. 38. Et quid si monasterium sit in aliena diocesi, n. 39. Et quid si non agatur de visitatione, sed de alio iurisdic-tione Episcopi competentibus, n. 40. Vel de conservatione temporalis possessionis, n. 41. Et an hæc procedant in his tantum, que notoria sunt, n. 47.
- 31. Episcopus tueri potest possessionem suam armis materialibus, & spiritibus, & n. 44.
- 32. Excommunicatio est iurata Episcopi.
- 33. Possessor non tenetur in praesidium sui iuri appellatorem admittere, aut probationes exemptionis recipere.
- 34. Episcopus excommunicatus rebelles pro conservatione sue possessionis non procedit ut iudex, sed ut pater, n. 40. Declaratur, n. 49.
- 35. Possessionem suam potest Episcopus excommunicatione tueri etiam lite pendente coram Papa, vel Metropolitanis.
- 36. Excommunicatio lata ab Episcopo in rebelles pro conservatione sue possessionis tenet, etiam si causa cognita, & monito non processerit. Declaratur, n. 49.
- 37. Episcopo prudenter agit si temquam pater, & non tanquam iudex procedat pro suo iure tuendo.
- 38. Manu non requiritur ubi apparet de contumacia manifestata.
- 39. Episcopus qui excommunicat exemptionem venientem visitare, non est puniendus, nisi appareat de illius malitia, vel irasigniantia.
- 40. Episcopus in causa ecclesie sue iudex esse non debet si communi veniat sibi applicandum, & n. 43. Fallit conservante adversario, & alio procuratore

confutis ab Episcopo ad causam defendendam, n. 47.
 Non satis est ut non veniant, n. 48.
 Intellectus, n. 49. Cum petitione de privilegio, lib. 6.
 Possessionem suam Episcopus admittere non tenetur quæ tumcumque subditis contra dicitur, & de iure suo probationes offerat.
 Possessio potest etiam armis resistere Episcopo violento.
 Quævis de proprietate ligatur.
 Excommunicandi non competit non prelati.

PROCURATIONES. Prælati tunc sunt procurandi cum personaliter visitant, & debent tunc Concilium Lateranense servare de prædicationi, correctioni, & reformationi vacare. l. qui, & Nuncii. Papa pro his diebus tantum, quibus moram trahunt, procurari debent. Contra hæc Constitutionem exactum Ecclesie gravata restituitur duplicatum. Hoc dicit. Et sunt tres partes. Prima prohibet. Secunda docet ibi, *terro*. Tertia puniit, qui autem, Nota primo, ibi, *Archiepiscopi vel quilibet alij*. Procuratorem ratione visitationis debent non tantum Episcopi, & superioribus visitantibus; sed etiam Archiepiscopi, & aliis inferioribus Prælati. Quod intelligitur secundum Abb. n. 2. dummodo habeant Ecclesias sibi subiectas ex privilegio, vel alio jure speciali, ad hoc cap. *Mandatum*, iuncta glo. 1. supra de officio Archiepiscopi, & Concilium Tridentinum, c. 3. vers. *Archiepiscopi*, sess. 24. Nam de jure omnium Ecclesie soli Episcopo sunt subiectæ, cap. *Omnes*, Basilica. 16. quæst. 2. c. Regenda, 16. q. 1. & c. *Venerabilis*, supra de Reliquiis, de mib. de Archiepiscopo autem visitantibus provinciam, & de Visitatoribus à Capitulo deputatis vide quod statuitur à Concilio in d. c. 3. vers. *A Metropolitanis*, & vers. *Visitatores autem*. Secundo nota, Sedis Apostolicæ Legatos, & Nuncios habere jus visitandi, & procuratorem exigere ratione visitationis debentur, ut hic in princip. & in cap. 2. de off. legat. lib. 6. Tertio nota ibi, Nisi quando personaliter. Prælati per alium visitantibus procuratorem non debent, sed tantummodo cum visitant per se ipsos ut hic est casus secundum omnes: nam, ut inquit Host. in prima. Qui non facit visitationis officium, non debet recipere procuratorem beneficium, arg. c. *Diversis* fallacis, supra de clericis commutatis. Cum secundum, de præben. c. *Si quis amodo*, dist. 81. c. *Generaliter*, 16. quæst. 1. de casu, de rescript. lib. 6. concordat textus in c. *Felicis*, infra cod. lib. 6. & in c. *Si Episcopus*, de officio. Ordinar. cod. lib. 6. ibi, Episcopus cum personaliter non visitat, nihil prosum, ab his, qui per illum, quæ deputat, fuerint visitati, exigere poterit aut debent, & textus in Extravag. *in electionis*, de censu, l. *supponit* id Episcopi licere tantummodo ex privilegio Papæ in illis verbis; Si vero prælati Archiepiscopi, Prælati, & alie persone Ecclesiasticæ ex privilegio Apostolico per alios visitare, & procuratorem recipere valeant. Unde & S. Congreg. Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum alias concordium Auctoritate Apostolica sub Paulo IV. lan. mem. inter Episcopum, & Clerum confirmatam, ut Episcopo per se visitanti centum viginti quinque iena; per alium verò nonaginta

sex perolverentur à Clero, omnino ab Episcopo servandam; nec quicquam amplius pro procuratore, quam pecuniam taxatam exigendum. Hactenus verba declarationis. Sed sine privilegio nihil possunt recipere, alias contra facientes puniuntur, ut ait glo. in præallegata Extravag. in ver. *Ex privilegio*. Quarto nota ibi, absque manifesta, & necessaria causa. Prælatos teneri personaliter visitare, nec posse id munus alteri committere, nisi ex evidenti, & necessaria causa: ita enim intelligitur ista littera secundum Collect. n. 2. & quidem gl. in ver. *Personaliter*, & Host. n. 2. in ver. *Officium*, exemplificant in eo casu, in quo Episcopus ipse interesse non potest propter latam, & diffusam dicecesim, & idem in casu alterius legitimi impedimenti, ut leg. & not. in c. *Inter cetera*, supra de officio. Ordinar. & est textus in c. *Episcopum* 10. q. 1. ibi, *Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id expleere nequeat, presbyteros probabiles, aut Diaconos mittat.* & c. *Hodie* hoc apertius est expressum à Concilio Tridentino in præcitato c. 3. in primo. sess. 24. ubi Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi jubentur propria dicecesim visitare per se ipsos, aut si legitimum impediri fuerint, per suum Generalem Vicarium, aut Visitatorem, quod si quotannis totam propter ejus latitudinem visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen, ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. Archiepiscopi autem, Decani, & alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hæc visitationem legitime exercere contineverunt, debent quidem assumpto Notario de consensu Episcopi per se ipsos tantum ibidem visitare. Hæc ibi. Ubi quod statuitur in hac Decretali contrario sensu, ut ex manifesta, & necessaria causa liceat per alium visitare, approbatà Concilio quoad Episcopos, & illis Superiores, quo verò ad Archiepiscopos, & alios inferiores corrigitur; quia istis absolute visitare non licet, nisi per se ipsos, etiam in casu legitimi impedimenti, ut clarè ostendit adversativa illa, Archiepiscopi autem, nec non taxativa, per se ipsos tantum. Quod est valde notabile, & potest esse ratio diversitatis, quia Dicecesis remaneret sine visitatione si Episcopus impeditus non posset per alium visitare. Ad loca inferiori subiecta si exempta sunt, poterunt nihilominus auctoritate Apostolica visitari ab Episcopo Dicecesano ex c. 8. sess. 7. si verò nullius Dicecesis ab Episcopo viciniorè similiter tanquam S. Apost. Delegato, ex c. 9. sess. 24. Quare Archiepiscopo suo Archiepiscopatum per alium visitare volenti ex S. Congreg. sententia prohibere poterit Episcopus, non obstante; quod ex immemorabili consuetudine ipse, & sui Prædecessores per alium visitaverint. Adverte tamen, quia, etsi propria dicecesim Episcopi possint visitare per alium si legitimum sint impediti, ut dictum est: tamen Capitula Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum, quæ exemptione, vel alio speciali jure se teneant adversus Episcopi jurisdictionem, visitare non possunt nisi per se ipsos ad præscriptum cap. 4. sess. 6. & c. 6. in primo. sess. 25. Unde cum Episcopus Palatinus dubitaret an posset visitare Collegiatam exemptam in sua dicecesi existentem, & an per suum Generalem Vicarium, S. Cong. Concilii cen-

suit posse visitare, ex cap. 3. sess. 24. & quidem per suum Generalem Vicarium, vel Visitatorem; si legitimum fuerit impeditus, nisi quatenus exempta videret, quo casu per seipsum visitare teneretur, juxta cap. 4. sess. 6. Rursum adverte, quia cum Episcopus legitimum impeditus propriam dicecesim per alium visitat, procuratio illi non debetur, sed visitanti, ut notat gl. in cap. *Felicis*, in ver. *Officio*, infra cod. lib. 6. ubi ait, Prælatos tunc tantum posse pro suis victualibus à visitantis pecuniam recipere, cum personaliter visitant; cum autem per alios, non ipsi, sed illi victualia, vel pecuniam pro eis recipiant. Item notatur in d. cap. *Inter cetera*, de officio. Ordinar. & tenet hic Hostiensis, n. 2. in ver. *Officium*. Et quamvis Joan. Andr. in d. cap. *Felicis*, circa medium, ver. *Hodie*, videatur tenere Episcopum visitantem per alium posse recipere pecuniam à volente; sicut cum personaliter visitat, quia est eadem ratio: tamen illa littera contradicit secundum Archiepiscopi, n. 1. Qui ponderando verbum *Personaliter*, per hoc, inquit, demonstratur, quod quando per alium visitat, tunc ille tantum, qui visitat, recipit moderatam procuratorem, ut c. *Si Episcopus*, de officio. Ordinar. cod. lib. 6. & sequitur Collect. hic n. 2. vers. *Quod si Episcopus*; quod multo clarius procedit hodie, quia ex Concilio Tridentino in d. cap. 3. sess. 24. Procuratio debetur visitantibus pro temporis tantum necessitate & non ultra. Unde cum Episcopus Eluen. propter ægritudinem in visitatione dicecesis contractam non posset inchoatam visitationem per seipsum perficere absque evidenti vitæ periculo, cum esset annorum sexaginta quinque; & propterea petisset à Sacra Congregatione Concilii, ut sibi tribueretur facultas aliam ad id munus idoneum deputandi, & nihilominus sibi procuratorem percipiendi ac si personaliter visitaret: Die 23. Novemb. 1613. S. Congregatio ponderatis iuribus superioris citatis censuit non esse Episcopo concedendum ut sibi procuratorem percipiat cum personaliter ipse non visitat. Quanto nota ibi, *exemptionem, & personarum modicam obsequere*, Episcopos in visitatione debere esse contentos modesto equitatu, famulatuque, ne scilicet inutilibus sumptibus cuicumque graves, onerosive sint: concordat Concilium Lateranense in cap. *Cum Apostolus*, supra cod. & Tridentinum in d. cap. 3. vers. *Ideoque*, sess. 24. Vecturas autem equorum, vel ferraturas S. Congregatio censuit visitantibus non deberi, sed tantummodo victum pro equis. Similiter, ut inquit formaliter Innoc. hic in primo. si equi moriantur, & visitans velit alios emere, vel etiam expensas velit recuperare, quas fecit in eundo ad locum, quem modo visitat, vel alia consimilia; hæc omnia petet ultra computationem istarum procuratorum ad dies: id est hoc esset contra mentem huius Decretalis; quia horum computatio excederet procuratorem ad dies hic præfinitam, prout Innoc. verba interpretatur Hostiensis, n. 3. & sequitur totidem verbis Abb. Antiqui, num. 1. Joan. Andr. num. 4. & Cardin. in 4. notat. Sexto nota numerum procuratorem esse commensurandum numero dierum, in quibus munus visitationis impenditur, ut hic patet in ver. *Ita quod numerus procuratorum*, & notat Butr. & Cardinalis ambo, num. 2. Septimo nota ibi, *duas, vel plures*, argumentum opti-

optimum, quod si una Ecclesia non possit integrè Episcopum procurare, licet Episcopo plures ecclesias ad unam procuracionem solvendam congregare; concordat cap. Cum instantia supra ead. tenet Jo. in c. Illud, in glossa unica, & in c. Inter cetera, in gloss. ult. in fin. n. 10. qu. 3. Bernar. in c. Cum Apostolus, supra ead. Innoc. & Hostien. in c. Conquerente, supra de offic. ordinar. Contrarium notat Archidiaconus, in c. Romana, num. 1. super ver. De pluribus, in fr. eod. lib. 6. ubi miratur de sententia dictorum Patrum; quia hæc non videtur iusta causa talis communis convocacionis: nam si Episcopus potest accedere ad locum cuiusque Ecclesie, debet hoc facere, ut patet ibi, & in d. c. Conquerente, in ver. Ita quod cum, &c. quod si Ecclesia sit pauper, tunc nihil exigit, sed suis expensis visitabit, ut est expressum in c. Placuit, 1. quæst. 2. etiam gratis offeratur, cum paupertas excuset, cap. Cavendum supra ead. quæst. 2. c. Cum Apostolus, in fin. supra ead. & c. Statutum, §. Providurus, in fin. de rescript. lib. 6. Nec obstat secundum Archidiaconum hæc Decretalis, & cap. Cum instantia, supra ead. quoniam non loquuntur de episcopis visitantibus quoad contributionem, sed de legatis, vel Nunciis Sed. Apost. non tamen visitantibus, nos verò loquimur de episcopis visitantibus, qui debent recipere procuracionem à locis visitatis dumtaxat, ut in d. c. Romana, §. Deinde, in fin. & c. Felicis, de cens. lib. 6. Ita Archid. quem ibi refert, & sequitur Jo. Andr. num. 11. in gloss. Loca, & Anchar. in §. notab. Sed primam sententiam putat esse veriorum Collectar. hic n. 4. quia Innoc. & alij supra citati non dicunt paupertatem esse iustam causam convocandi populum unius Ecclesie ad aliam; sed uniuersum plures in una procuracione, impenso nihilominus debito visitacionis officio, ut hic. Non videtur tamen recedendum à secunda opinione Archid. quia cum Ecclesia egestate laborantes Episcopus teneatur sumptibus propriis visitare, si dum visitat Ecclesia pauperem reciperet procuracionem ab aliis ecclesiis constat; unius Ecclesiam illam non visitaret sumptibus propriis, sed magis sumptibus aliarum Ecclesiarum contra iura supra citata ab Archid. & vide quod scripsi in c. Venerabilis, n. 33. & seq. in fr. eod.

21 Octavo nota, in §. porro, circa quæ insilire debeat officium Visitatoris, ad idem c. Romana, §. Nam, infra eod. lib. 6. & Concilium Trid. sess. 24. cap. 3. ubi visitacionum omnium dicitur præcipuum esse scopus, scilicet, Orthodoxamque doctrinam expulsi hæresibus inducere, bonos mores tueri, prava corrigere Populum cohortacionibus, & admonicionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere.

22 Ultimo nota ibi, tantum impendat. Prælatos exigentes procuracionem, cum personaliter non visitant, non tantum teneri sic exactam restituere ecclesiis gratis, sed etiam tantumdem in pena transgressionis. Qui ergo sic gravat Ecclesiam in procuracione, puniuntur in duplum, ut hic patet, & concordat, c. Exigit, in fr. eod. lib. 6. quod innovatur, & ampliatur à Concilio Tridentino in cap. 3. §. Quæ si quisquam, sess. 24. ubi statuitur ut si quis in casibus ibi expressis aliquid amplius accipere præsumpserit, præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, aliis etiam penis iuxta d. c. Exigit, necnon, & aliis penis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi abique ulla

spe venie multetur.

23 Non obstat textus in c. Quoniam, 18. distin. ubi imponitur pena quadrupli: nam à gl. & DD. dantur plures solutiones. Prima solutio est gloss. ult. hic, quæ asserit illum text. procedere in Prælato, qui gravat Ecclesiam in xenis, Sed hæc solutio communiter reprehenditur à DD. quia est contra textum in c. Romana, §. Procuraciones, in fin. in fr. eod. lib. 6. ubi de Prælato, qui in visitacione accipit xenia, seu munera etiam sponte oblata, statuitur ut maledictionem incurrat, à qua nunquam liberetur, nisi duplum restituat. Idemque habetur in d. c. Exigit, & in d. cap. 3. sess. 24. in Auth. ut Iudex sine quoquo suffragio, §. Sic legitur, & §. Necessitatem, utrobique in fin. hæc solutio est in se vera; quia crimen concussionis puniuntur pena quadrupli, ut est text. in c. Sancimus, 1. q. 7. sed divinat ad text. in d. c. Quoniam, secundum card. hic n. 2. in 2. oppos. Tertia igitur, & vera solutio est eisdem cardinalis quod ille text. loquitur in alio casu, videlicet in Archiepiscopo, qui aliquid autem Episcopo ex bonis, quæ secum defert, dum accedit ad Provinciale Concilium, prout sonat illa littera. Sed quod spectat ad procuracionem, Ecclesia hunc rigorem quadrupli non admittit, ut leg. & not. in cap. Fratemitas, 12. qu. 2. & per Collect. hic n. 4. in ver. Tantumdem. Non obstat textus in c. Quia plerique, infra de immunitat. eccles. ubi exactum non restituitur Ecclesie, sed pauperibus, quia solvitur ut ibi in gloss. in ver. Pauperibus.

27 QUÆRO de notabili, & quotidiana questione facti, videlicet Episcopus Eduen. accessit ad monasterium S. Martini in sua Diocesi situm mandans Abbati, & Conventui ut parent se ad ipsum recipendum, & procurandum, quia intendebat eos visitare Abbas opposuit exemptionem à jurisdictione Episcopi, & appellavit ad S. Apostolicam si quomodo in hoc gravaretur, obtulitque se probaturum exemptionem suam curam ipso Episcopo, vel si ei magis placeret coram Papa. Sed Episcopus his non obstantibus excommunicavit Abbatem, & interdixit Conventum. Deinde Abbas egit coram Papa de injusta excommunicatione, vel potius nulla, petitque se ad cautelam absolvi, Dubitatur an contradicione, & appellatione Abbatis non obstante, possit Episcopus visitare, & procuracionem exigere teneat sententia excommunicationis, & interdicti, ut præfertur, lata ab Episcopo sit valida, necne; & quatenus sit nulla an Episcopus sit puniendus.

Proposuit hæc questionem Innocentius proat contingit in Curia suo tempore in c. Venerabilis, in fr. eod. in sua gloss. non minus celebri, quæ obscure & involuta, quam hic reasumpsit Host. & prosequuntur ibi Jo. Andr. & Anchar. Sed melius quam cæteri illam distinguit ibidem Ant. de Butr. in novem casus à n. & usque in fin. quos in compendium illic redigit, licet minus perfecte Jo. de Anan. n. 3. vers. Innocentius ponit hic magnam glossam. Sed Abbas, ibidem num. 2. vers. ultimo scias, Et post eum Marianus Soc. in tract. de visitacione, lib. 3. qu. 14. n. 16. vers. Sed iuxta materiam,

tribus tantum casibus materiam perstringunt, quibus & ipse adhibere, adjectis nonnullis declarationibus; licet materia videatur hodie expedita in cap. Cum persone, de privileg. lib. 6.

28 Pro solutione igitur questionis propozite distinguo tres casus. Aut Episcopus erat in quasi possessione visitandi, & de hoc constabat. Aut non erat in huiusmodi quasi possessione, & de hoc similiter constabat. Aut erat dubium an esset in quasi possessione, necne.

In primo casu concludit Innoc. Episcopum visitare posse, & exigere procuratorem, quantumcumque contradicat, & appellat Abbas, quod si pertinaciter tenuat, sicut posset Episcopus tueri possessionem suam armis materialibus, ut notatur in c. 1. de immunitate ecclesiar. ita, & multo fortius illam tueri poterit armis spiritualibus, ut c. Cum ex officio, supra de prescriptionibus, c. Cum super, 3. in fr. eod. lib. 6. & c. Dilecto, §. Et quidem de sent. excomm. lib. 6. ubi hoc est expressum, scilicet excommunicatione quæ est mucro Episcopi, c. 30. Visti, 16. q. 2. c. Corripiantur, 24. q. 3. Concilium Tridentinum, c. 3. in prin. sess. 25. de reformat. & valebit excommunicatio.

31 Ratio est, quia cum Episcopus sit in quasi possessione non tenetur in præjudicium sui juris appellationem admittere, nec probationem exemptionis recipere: nam de causa suæ mentis nec ut iudex, nec ut arbiter posset cognoscere, secundum Innoc. Ideoque hoc casu non procedit ut iudex, sed ut pars pro sui juris observatione: ac proinde probationis oblatio non justificat appellationem, ut habetur in cap. Interposita, supra de appellat. & in cap. Cum inter Canonicos, de elect. Neque enim per negationem, vel prohibitionem, aut appellationem alterius tenetur quis prætermittere quin iure suo utatur, ut cap. 1. supra ut lit. pendente, c. Significante, de appellat. cap. Consultationibus, de iure patr. 1. Si fundum, c. de rei vendic. & notatur in c. Dilecti, supra de maior. & obed. Nam etiam Abbas in iudicio coram Papa, vel Metropolitanano provocaret in libertatem, quin etiam etiam Episcopus contra ipsum Abbatem interdictum uti possidetis proponeret, nihilominus lite pendente adhuc liceret eidem Episcopo pergere in sua possessione, & rebelles excommunicatione percellere, dummodo re ipsa possideret, d. c. 1. ut lit. pendente. Et per hoc patet responsio ad iura, quæ dicunt sententiam excommunicationis ferendam non esse sine causæ cognitione, & monitione, ut cap. Nemo, 2. q. 1. c. Sacro, in fr. de sent. excomm. & c. 1. eod. tit. lib. 6. quoniam vendicant sibi locum quando Episcopus procedit ut iudex, non autem quando procedit ut pars, & tanquam ille, qui iure suo utitur, ut hoc casu; tunc enim etiam sine causæ cognitione, & monitione tenet excommunicatio, ut cap. Si Sacerdos supra, de officio ordinar. cap. Romana, §. Caveant, infra de sent. excomm. & cap. Quidam, §. q. 1. Nam & secundum iura civilia licet unicuique jus sibi dicere in his casibus & in quibusdam aliis qui notantur c. quando liceat tuis sibi dicere, & per Hostien. in summa de re iudicata, sub rubrica de sent. excomm. §. Quis debet, sub §. Proprius Ordinarius, vers. Fallit. Quo fit ut secundum Innoc. prædenter agat Episcopus sitanquam pars, & non tanquam iudex procedat quia sic non adstringitur ad iuris ordinem servandum; præterea hoc pacto le reum constituit, & con-

travat, & adversarium actorem facit, quem oportet conqueri de injuria excommunicatione vel nulla, ut cap. Cum contingat, de officio legat. & cap. Ad reprimendum, de officio ord. & ita in dubio absolvetur Episcopus, ut legitur & notatur in cap. fin. supra de re iudicata in cap. Ex literis, de probat. & in c. 1. supra. Ut ecclesiastica beneficia Accedit quod cum Abbas dixerit se nolle visitacionem recipere, non est necessaria monitio, quia ex hoc probatur illius contumacia manifesta, non enim in omino certis, sed incertis opus est conjecturis, l. Continuis, ff. de verb. obligat. & l. Contumacia, ff. de re iudicat. secundum Hostien. ad quod faciunt optimè iura in cap. Potuit, de locato, in cap. Ab eo, de appellat. libro sexto, & in cap. Venerabilibus, §. Secus de sent. excomm. eod. lib. In secundo casu, id est cum Episcopus non est in quasi possessione visitandi, & de hoc constat, licet Innoc. hoc membrum non profectatur in d. c. Venerabilis, in fr. eod. Sed attingat in c. Ex parte, 1. primo, de verb. signifi. secundum Doctores spectabitur tempus appellationis, & illius exitus. Et quidem si constabit Abbatem esse exemptum non valebit sententia, ex his, quæ leguntur, & notat in cap. Cum dilectus, de relig. domini. non tamen Episcopus erit puniendus de injuria, vel nulla excommunicatione, arg. c. Ex literis, supra de officio, deleg. potuit enim duci probabili errore propter juris communis assensum; nisi appareat de illius malitia, vel crassa ignorantia, secundum Innoc. In tertio casu, id est cum dubitatur an Episcopus sit in quasi possessione, necne, similiter concludunt DD. validitatem censuræ pendere à futuro eventu: nam si apparebit Episcopum non fuisse in quasi possessione visitandi tempore excommunicationis, & Abbatem esse exemptum, non tenebit sententia, Interea tamen statuitur sententia Episcopi quousque contrariū fuerit probatum, ita in effectu in tribus casibus supra scriptis concludit Inno in sua prolixa glossa, quam posuit in d. c. Venerabilis, in fr. eod. cum quo transeunt ibi Joan. Andr. Butr. Gardin. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. & Mar. Soc. loc. cit.

39 Extenditur primò supra dicta distinctio, ut locum habeat etiam in monasterio, quod Episcopus intendit visitare, situm sit in aliena Diocesi; quia si in veritate sit in quasi possessione visitacionis, idque probaverit coram Superiore, rata manebit excommunicationis sententia; sed si hoc non probaverit, & præsumptio erit contra ipsam, quod male sententiam tulerit, hoc autem non contingit si monasterium existat in sua diocesi, quia tunc præsumptio stat pro Episcopo, secundum Innoc. ubi supra num. 4. in fin. vers. Idem dicendum videtur, Butr. n. 10. col. 4. vers. Octavus, casus. Abb. num. 2. vers. Secundo casu & Mar. Soc. loc. cit. q. 14. n. 16. vers. secundo vers. casus.

40 Extenditur secundo prædicta distinctio ut procedat non solum in visitacione, & procuracione, sed etiam in aliis iuribus Episcopo competentibus, secundum Innoc. in prædicta Decretali, Venerabilis, n. 5. col. ult. vers. Sed alij dicunt, & forte melius. Nam si subditus, qui allegat exemptionem, in continenti ostendat privilegium suum, vel aliam legitimam exemptionem probet, poterit Episcopus inspicere non quidè ut iudicet, quia in causa suæ mensuræ iudex esse non debet, cap. 14. q. 4. c. Forus, §. In omni, infra de verb. signifi. & c. Ne quis in

sua causa sibi dicat, in rubr. & nigr. Atque ita non est ius in exhibendo, vel non exhibendo probationes, cum nec teneatur subditus illas exhibere, nec Episcopus recipere, ut praxi: sed tantum poterit Episcopus tanquam prius vitare ut se instruat. Et ita procedit textus in c. Cum persona, de privileg. lib. 6. nam in casu illius Decretalis Episcopus procedit ad inspectionem privilegij non ut iudex; licet gloss. ibi aliter sentiat, secundum Abb. in d. cap. Venerabili, in 3. in fin. & Mar. Socin. de visitatione, lib. 3. qu. 14. n. 16. in fin. Et quamvis Episcopus alias possit esse iudex in causa sua: Ecclesia tamen secus est si commodum veniat applicandum, ex his, quae notantur in l. De iure, ff. ad Municipal. & in Clementina, de reb. eccl. non alienan. ut per Abb. ubi infra in fin.

44. Extenditur tertiò, eadem distinctio ut loci sibi vendicit etiam in conservacione corporalis possessionis, secundum Innoc. loco proxime citato. Quandoquidem quod Episcopus iure possidet, dimittere non tenetur quando cumque, & qualitercumque; alius contradicat, & de iure suo probationes offerat, veluti si fundum aliquem possideat, vel itaque fructus colligeret, & alius se opponat dicens, Domine ne colligatis fructus, quia meas est fundus, & ego possideo, id quod coram vobis me offero probaturum: utique ob talem contradictionem, Episcopus possessionem non dimitteret, sed poterit nihilominus fructus colligere, & excommunicare opponentem, si ipsi in possessione sua perturbet, vel inquietet. Secus autem esset si non possideret Episcopus, licet fundi proprietates ad Episcopum pertinere: tunc enim liceret possessori contradicere & appellare, imò & cum armis resistere Episcopo violento. Et est ratio in utroque, quia possessor non est de possessione sua violententer deiciendus, sed eam tueri potest, & vim vi repellere, ut l. fin. c. de reivindicat. cap. Cum olim, §. Sed & supra, de restitu. spoliat. Nec refert quod de proprietate liqueat; quia nihilominus eam per vim recuperare non licet, l. Si quis in tantum, C. unde vi, l. Ext. ar. ff. quod met. caus. c. Placuit, 16. §. 6. Nec res possessa ab alio, quamvis iniuste, est per violentiam occupanda: alioquin etiam praedo est restituendus, cap. In litteris, & restitu. spoliat.

47. Temperat tamen distinctionem superius firmatam cum suis extensionibus Holt. hic, n. 8. col. ult. vers. Quamvis autem omnia praedicta, ubi postquam retulit glossam integram Innocentij dicit eam non esse ulquequam admittendam. Tum quia Episcopus potest esse iudex etiam in causa Episcopalis mensis de consensu adversarij alio procuratore constituto ab Episcopo ad causam prosequendam, & defendendam, ut leg. & notum est, fin. supra de iuram. calum. Innotatis est ut non recusetur, ut notatidem Holt. in summa de appellat. sub rubric. de recus. §. 1. vers. Idem est, & §. fin. vers. Puto, & seq. hoc autem casu licet Abbas non recusat Episcopum, quin potius consensit, peccatque ut de exemptione cognosceret, ut patet ex themate quaestionis. Tum quia non est iuri consonum ut Episcopus petat aliquid tanquam pars, & excommunicet remittentem quandoquidem excommunicat ut pars, & tanquam privatus, & non tenet sententia, quia ut privatus excommunicare non potest: nec enim jus tulim-

nandi centuras competit non Praelato, c. Nova, in fra. de panit. & remiss. & c. Quisvis, supra de his que sunt a maior. per. cap. Aut excommunicat tanquam iudex, & sententia similiter est nulla, cum causae cognitio, & monitio non praecesserit, ut patet ex iuribus supra citatis num. 34. Concludit Ergo Holt. posse Episcopum petere in ijs, quae notoria sunt, & tanquam Episcopum excommunicare, quod innuit etiam Innoc. quia tunc non excommunicat ut iudex, sed ut exequutor, de quo in d. c. Ex parte, de ver. significat. secus autem est in ijs, quae non sunt notoria, ita Holt. qui tandem remittit ad ea, quae notavit in d. c. fin. de iuram. calum. & in cap. Insuper, de testib. in ver. Instituantur, & illius verba ad calumiam transcribunt, & probare videntur in d. cap. Venerabili, infra eodem Jo. Andr. num. 11. vers. quamvis autem, & Butr. in fin. & ad praedicta vide Lapum allegat. 73. quae incipit, Pralatus Regularis, Joan. Andr. Gemin. & Franc. in c. Dilcto, de sent. excomm. lib. 6. & Co. uar. in cap. Alina mater, l. par. §. 9. num. 6. eodem tit. & libro.

DE CENSIBVS.

Cap. Venerabili.

S V M M A R I V M.

- 1 Procuratio debetur Episcopo ab ecclesijs etiam Civitatis, licet ipsam nunquam procuraverint, & n. 14. & 24.
- 2 Episcopus de iure communium fundat intentionem super iure visitandi monasteria sua dioecesis, & exigendi ab illis procuracionem.
- 3 Monasteria tam Mendicantium, quam non mendicantium ex privilegijs Apostolicis exempta sunt a visitatione, & intrusionione Episcopi.
- 4 Et quid sit commendata.
- 5 Procuratio est visitationis annexa, & num. seq. & num. 23.
- 6 Fallit, num. 30.
- 6 Commendatarij tenentur procurare visitatorem Apostolicum, a quo possunt visitari.
- 7 Villa appellacione quandoque venit Civitas, & num. seq.
- 8 Villa proprie quid sit.
- 9 Procuratio de iure communium debetur Episcopo etiam cum visitat ecclesias sua Civitatis.
- 10 Secus post Concilium Tridentinum, num. 14. 15. & 38.
- 10 Expense, quas domi sua quae fecisset, non repetuntur, & num. 12.
- 11 Intellectus, cap. Charitatem, 12. q. 2. & num. 13.
- 12 In visitatione vicinialia non sunt Episcopo ministranda nisi pro temporaria necessitate.
- 13 Procuratio post Concilium Tridentinum non debetur Episcopo visitanti Ecclesiam Cathedrali, aut Clericum, seu loca sua Civitatis, & num. 38.
- 16 Cathedra cum non est sublata a Concilio Tridentino, non tamen solvi debet in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione.
- 17 Canonica portio, quae ex relictis ppi iure debetur Episcopo, praeservata est a Concilio Tridentino.
- 18 Consuetudo exigendi irrogatam ex relictis ppi in visitatione testamentorum servanda est. Secus si in testamento nullum esset relictum pium.

Epi.

- 19 Episcopo accedenti ad conferendam Christum papulum, vel Clerum non tenetur visitata ministrare.
- 20 Procuratio ratione visitationis debita de iure communium a subdito non est praescriptibilis.
- 21 Secus in procuracione ratione consuetudinis, pacis, vel privilegij.
- 22 Item secus in praescriptione, quae fit nomine alterius.
- Item secus est post Concilium Tridentinum, 24.
- 23 Ius visitandi est publicum utilitate, & auctoritate, & ideo imprescriptibile.
- 24 Consuetudo locorum, vel provinciarum, in quibus nihil solvitur Episcopo visitanti, post Concilium Tridentinum, est observanda.
- 25 Et quid sit consuetudo non sit generalis in loco, vel provincia, sed unum tantum, vel altera ecclesia Episcopum non procuraverit, & num. seq. usque ad num. 29.
- 26 Consuetudo in quo differat a praescriptione, & n. 28.
- 27 Loci appellacione quid veniat.
- 28 Onera simul iuncta factus comportantur.
- 29 Consuetudo non solvendi procuracionem Episcopo visitanti qualiter, & coram quo sit probanda.
- 30 Procuratio in tribus casibus hic expressis non est annexa visitatione.
- 31 Exempti a procuracione pecuniaria non videntur exempti a procuracione vicinialibus, sed tantum ab indebita extorsione.
- 32 Exemptione revocata a visitatione an censetur revocata exemptio a procuracione.
- 33 Paupertas excusat a procuracione, & num. seq.
- 34 Procuratio an debeatur Episcopo visitanti hospitalia pauperum infirmorum, & num. seq. usque in fin.
- 35 Sportula a paupere non sum exigenda.
- 36 Visitatores quomodo se debeant gerere in vicinialibus accipiendis.
- 37 Hospitalium redditus universi in usum pauperum infirmorum sunt erogandi, & num. 39. & 42.
- 38 Hospitalium ministrum ex redditibus ipsorum merces est persolvenda, aliis non tenentur inservire, & num. 40.
- 41 Hospitalium ministrum quod erogatur, in usum pauperum erogari intelligitur.

VENERABILI. Ecclesia etiam civitatis procurare tenetur Episcopum visitantem, licet ipsum nunquam procuraverit. Hoc dicit. Et est capitulum celebre propter insignem glossam, quam hic posuit Innocen. in materia valde utili, & quotidiana, ut infra attingam, n. 43. Dividitur in duas partes. Primo ponit querelam Episcopi. Secundo iudicium in ista quaestione ibi, Discretionem vestre.

2. Nota primo ibi, frustrari intentionem Episcopi voluntur, Episcopum de iure communi fundare intentionem super iure visitandi monasteria, in sua dioecesi existentia, & super iure exigendi ab illis procuracionem, concordat cap. Cum olim, & cap. Sopra, supra eodem, & infra, cap. Cum nuper, cap. De Xenodochijs, & cap. Dilcto, de relog. dom. & hic notant Jacob. Philipp. & Goffred. Item gloss. 1. Innoc. col. 1. vers. Episcopus autem, Hostien. in princ. in vers. Cenomanensi Villa, & Butr. in 1. notab. Abb. cons. 126. videtur in princ. vers. Circa secundum, lib. 2. ubi hoc extendit etiam ad mo-

nasteria monialium. Sed hodie Monasteria ferè omnia Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium exempta sunt a visitatione, & quantumque jurisdictione Episcopi dicecelsani, ut scripsi plenè, cap. Tuorum, infra de privileg. nisi sint commendata, & in eis non vigeat regularis observantia, quia tunc monasteria ipsa, & eorum Commendatarij visitari possunt ab Episcopo loci tanquam Sedis Apostolicae delegato, dummodo sui ordinis Capitibus non subint, ut in decreto Concilii Tridentini, cap. 8. sess. 21. juncto cap. 20. sess. 25. de regular. & consequenter tenentur Episcopo visitanti solvere procuracionem, quae visitationi est annexa, & cap. Cum venerabilis, §. 1. supra eod. Hinc cum Episcopus Papien. petisset declarari a S. Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum an Commendatarij separata habentes iura sua ab ecclesia, & monasterio, in quo degunt regulares propriam mensam, & curam animarum habentes, teneantur contribuere solutioni vicinialium pro Visitatore Apostolico: responsum est videndas facultates Visitatoris Apostolici, quia licet alias S. Congregatio censuerit posse Commendatarios visitari a Visitatore Apostolico, tutius tamen erit inspicere facultates, quia si ex facultatibus poterit visitare Commendatarios, palam erit eos teneri contribuere, quod a visitatis est solvendum.

7. Secundo nota ibi, Cenomanensi villa, appellacione ville interdum venire civitatem, secundum Hostien. in princ. in ver. In Cenomanensi villa, Butr. in 3. notab. & Cardin. num. 3. Quod tamen verum est improprie, & in latiori significatione, secundum Abb. num. 1. Nam ex proprietate vocabuli villa dicitur locus ruralis, vel unitas familiarum aliquot, seu edificiorum, quae muris non cingitur, sed vallis, unde fortè denominationem sumpsit, ut per Abb. d. num. 1. & notat gloss. in l. Titia, §. Lucius, in ver. Villa, ff. de leg. ar. 2. & Butr. in Extravag. Qui sunt rebelles, num. 3. de quo plenè per Joan. Andr. in cap. Si Civitas, de sent. excomm. lib. 6. Villa tamen in Francia ex communi usu loquendi idem est, quod Civitas, ut testantur Bart. Cardin. & Abb. locis citatis.

9. Tertiò nota in eod. ver. Villa, Episcopum habere jus exigendi procuracionem non modo cum visitat ecclesias, & loca dicecelsi, verum etiam cum visitat ecclesias suae civitatis, ut hic est casus, quem nescio alibi, secundum Abb. Antiq. Joan. Andr. Collectar. & omnes in princ. & in specie notant Butr. num. 2. & Abbas in 1. notab. Quod est notatu dignum, quia primo intuitu contrarium videbatur dicendum: nam ex civitate facile erat Episcopo peracta visitatione ad domum suam redire, & ibi comedere, secundum Goffred. nec debebat petere quod domi erat expensurus, quamvis non visitaret, ut cap. Cum abanni, supra, de vita, & honest. cleric. cap. Cum pro causa, de procurat. cap. V. praeterite, de elect. & cap. Procuraciones, supra eod. Rufus dicit canon Visitatores esse procurandos cum per non suae civitatis parochias fatigantur, ut cap. Charitatem, §. Visitatores, 12. qu. 2. Ergo a contrario non sunt procurandi cum fatigantur per parochias suae civitatis: sed ratio decidendi contrarium fuit secundum Hostien. quia dignum est, ut qui spiritalia feminat, & temporalia metat, l. ad Corinth. 9. §. Hinc, 13. qu. 1. & cap. Cum ex officio, de praescript. Unde procuratio

est visitationi annexa, c. Cum venerabilis, §. 1. supra ad. Hæc autem ratio sequitur viget in visitatione civitatis, atque diocesis; ita Host. hic in princ. vers. Tullianus quod pro Monachis, Jo. Andr. n. 15. Card. n. 3.

12 Anchar. n. 4. & Abb. n. 2. Non obstant jura in contrarium adducta, quia loquitur de expensis factis occasione negotiorum, quæ tunc demum repetuntur, cum interest: sed procuratio debetur ratione officij, et si non interfit, ut ostensum est supra.

13 Item non obstat d. c. Charitatem. 12. q. 2. quia non loquitur de visitatione, quæ incumbit Episcopo ratione officij, sed de visitatione mensis Episcopalis sede vacante, ubi quidam clerici in propria civitate habentes hospitia debent illa gratis juvare, cum non interfit ipsorum: quod si trahantur extra, providebitur eis, ne obsequium sit ipsis damnosum, ut ibi dicitur in fine. Sed in visitatione Episcopi consideratur officium, & non interesse, ut prædixi: & idem exhibenda est illi procuratio etiam cum visitat ecclesias civitatis, ut hic deciditur: Hodie die secus, quia jure novissimo Concilij Tridentini sess. 24. c. 3. (Serio monentur Episcopi, & alij, ad quos visitatio spectat, ut modelto sint contenti equitatu, ne inutilibus sumptibus euiquam graves, onerosive sint, neque ipsi, aut quicumque suorum quidquam procurationis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis pijs jure debetur, aut alio quovis nomine nec pecuniam, nec munus quodcumque sit etiam qualitercumq; offeratur, accipiant; non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, exceptis tamen vicualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderatèque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda.) Hæc ibi. Dum igitur visitant ecclesias civitatis non sunt procurandi, quia cessat illa necessitas temporis, quam Concilium præcise ad hoc requirit, cum visitatione expleta, possint domi sua victum sumere: & hanc sententiam jam pridem probavit S. Congreg. ejusdem Concilij Interpres: nam dubitante Episcopo Tarenti an in visitatione posset exigere procurationem à Canonicis Cathedralis ecclesie, censuit cap. 3. sess. 24. dum de vicualibus subministrandis disponit, non habere locum in visitatione Cathedralis ecclesie, sed dicecelsis tantum, ibi, equitatu; ibi, pro temporis necessitate, &c. Sed & aliàs censuit nullam deberi procurationem Episcopo visitanti clerum civitatis, ubi sita est Cathedra. Verum tamen querenti An Concilium c. 3. sess. 24. vers. Interimque censetur sussulisse Cathedralium, quod singularis annis tam in visitatione, quam extra exigi consuevit ab Ordinario: respondit Concilium nequaquam sussulisse Cathedralium; sed illud non solvendum in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione: Hunc articulum plene examinavi in c. Conquerente, in prima quest. supra de offic. Ordinar. Quemadmodum autem Concilium eò loci non sussulit Cathedralium, ita nec canonicam portionem, quin potius eam præservavit in illis verbis, præter id, quod ex relictis pijs jure debetur: videlicet ex c. Officij, & c. Requisisti, supra de reffam.

14 Unde cum extaret consuetudo in ecclesia Tiratone, exigendi trigessimam ex relictis pijs ratione visitationis testamentorum, & fuisse dubitatum, an post Concilium esset observanda: Sac. Congregatio censuit esse observandam. Secus si in testamentis nullum esset relictum pium, Ca-

19 terum orta dubitatione an Episcopo accedenti ad Sacramentum Chriftianis conferendum populus, vel Clerus teneatur subministrare victualia: S. Congregatio censuit non teneri.

20 Quarto nota ibi, procurationem hæc non solvitur: procuracionem ratione visitationis debitam non esse à subito præscriptibilem, ut hic patet expressè: nam ut videt, hoc monasterium nunquam procuravit Episcopum, & tamen compellitur ad procuracionem exhibendam: concordet cap. Cum instantia, supra eod. & cap. Cum ex officio, de prescript. & hic notant glos. 2. Innocent. num. 6. Hostien. num. 1. in vers. Et ipsi, Butr. in 4. notab. Cardin. num. 1. Anchar. & Abb. ambo in 2. notab. & idem Abb. in Clem. Cum sit, num. 2. de censib. Lap. alleg. 30. num. 9. vers. Licet tamen procuratio, Calder. conf. 66. circa med. vers. In alibus, aliàs 6. de offic. deleg. Dixi ratione visitationis debitam, quia alia tres species procuracionis, videlicet que debetur ratione consuetudinis, aut ratione pacis, vel privilegij, sunt præscriptibiles secundum Hostien. in cap. Procuraciones, in princ. supra eodem. Item dixi à subito, quia alius Prælati contra Episcopum bene potest procuracionem præscribere, sicut & visitacionem, ut est textus in d. c. Cum ex officio, & tenent hic Doctores cum glos. 2. & Calder. conf. 453. aliàs 11. in princ. de censib. & conf. 452. aliàs 10.

21 eodem tit. Prima ratio cur adversus Episcopum hujusmodi præscriptio non currat, est quia cum procuratio, ut prædixi, sit annexa visitationi, quemadmodum jus visitandi nunquam præscribitur, d. cap. Cum ex officio: ita nec jus exigendi procuracionem, quia de consensu idem judicium, ut dicitur in illa decretali, Cum ex officio: & notat Abb. conf. 26. in princ. vers. Circa secundum, lib. 2. Secunda ratio, quia si propter consuetudinem, vel præscriptionem Episcopi grati debent munus visitationis impendere, verendum esset ne visitacionem negligenter, argum. d. c. Cum ex officio, in fin. Hoc autem constat esse absurdum, quia jus iterandi visitacionem est publicum utilitate, & autoritate, c. Si diligenti, supra de foro compet. & consuetudo in talibus non est toleranda, c. Nos consuetudinem, 12. dist. Ita Innoc. hic in c. 6.

24 Sed hodie hoc corrigitur à Concilio Tridentino in d. c. 3. §. in vsi vers. sess. 24. ubi disertis verbis statuitur, ut in ijs locis; seu provinciis, ubi consuetudo est ut nec vicualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur, & in vers. seq. insignitur transgressoribus pena.

25 Sed hic incidit dubitatio; quid si consuetudo non solvendi procuracionem non sit generalis in loco, vel provincia, sed una tantum, vel altera ecclesia Episcopum non procuraverit, an nihilominus liceat Episcopo ab ecclesia illa procuracionem exigere.

26 Videtur respondendum licere: nam Concilium in dict. §. In ijs non loquitur de præscriptione, sed de consuetudine, ad eam autem consuetudinis requiritur ut sit generalis in loco, cum sit jus non scriptum universaliter constitutum, ut l. De quitus, ff. de legib. in fin. de iur. natur. §. Ex non scripto, cap. Consuetudo, 1. dist. & notabiliter declarat Azo in summa c. Que sit longa consuetudo, Bart. post Cyn. in l. 2. num. 11. & 12. c. eod. tit. Alexan. conf. 173. Vifo, nu. 7. lib. 6. & hæc est una ex sub-

stantialibus differentiis inter consuetudinem, & præscriptionem, quæ ex consensu singulari inducitur, ut notat glos. ult. in cap. fin. supra de consuetud. Bart. d. num. 11. & Abb. conf. 18. Primum quod communitas, col. 4. vers. Non obstat, sub num. 7. lib. 2. Neque à consuetudine, quæ favorabilis est, licet inferre ad præscriptionem, quæ est odiosa, ut notat Collect. in c. Cum contingat, num. 1. supra de decim. & Bero. conf. 115. num. 37. lib. 1. Item verba illa, in ijs locis, seu provinciis ubi consuetudo est, &c. non adaptantur ad observantiam unius, vel alterius ecclesie, argum. c. Novit. 12. dist. l. Omnes, ibi, Aut provinciam, aut locum, aut regionem, c. de Episcopo & clericis. Facit quod notat glos. in c. 1. in ver. Singularium, de Constitut. lib. 6. Item illa dictio, seu, quæ non est proprie alternativa, sed ponitur interea, quæ sunt ejusdem generis, ut notatur per Doctores in c. Inter ceteras, & ibi plene dixi, supra de prescript. Ostendit Concilium accepisse locum non pro ecclesia particulari, seu loco loci, sed pro dicecesi, aut oppido: alioquin illocum intellexisset pro ecclesia incongruè dixisset in loco, seu provincia. Item eo casu non posset verificari illa verba universalis Concilij, ut gratis omnia fiant, si aliqua ecclesia loci procuracionem solveret, c. Si Romano- rum, 19. dist. Præterea non est credendum Concilium voluisse præservare præscriptionem unius ecclesie in præjudicium alterius, cui accretisset onus solvendi integram procuracionem, arg. c. Cum Man princip. supra de Confl. & c. fin. ibi, Quantocumque inter pauciores, &c. de concess. præben. lib. 6. ad hoc c. Cum causam, supra de præben. Et in c. Procurationes, vers. Hoc adhibito maderamine, supra eod. nam onera simul juncta facilius comportantur, cap. Gaudentes, supra de prescript. cum aliis in proposito adductis per Hostien. in d. c. Procuraciones, num. 4. Dicam ergo respectu talis præscriptionis hæc decretalem non esse correctam: c. Cum expediatis, de elec. lib. 6. Quod enim non mutatur, &c. l. Sancimus, c. de testam. & l. Præcipimus, in fin. c. de appellat. In hoc tamen non audeo quidquam firmare, quia nihil reperio decisum, & consulo ut reloluto petatur à S. Congregatione, cuius est Concilium interpretari.

29 Illud tamen adverte circa hujusmodi consuetudinem negativam, quam Concilium præservat, non solvendi procuracionem; quia ad hoc ut de tali consuetudine dicatur constare, ex ipsius Congregationis sententia non sufficit, ut visitati nunquam Episcopum procuraverint, sed probari oportet Episcopum petivisse procuracionem, & visitatos detrectasse illam solvere, & postea Episcopum per longum tempus acquiescivisse, prout requiritur in facultativis, & declarat Cyn. in l. 2. c. Que sit longa consuetudo, Bald. conf. 201. Casus est alius, num. 1. lib. 2. Abb. d. conf. 18. col. penult. vers. Oportet ergo, lib. 2. & alibi passim Doctores. Hanc autem consuetudinem Sac. Congregatio dixit probandam esse coram Metropolitanò, ut notavi in c. Procuraciones, in fin. sup. eod.

30 Ultimo nota ibi, nisi aliud rationabile ostendatur: posse aliquando legitimam causam subesse cur: procuratio non debetur Episcopo visitanti, & sic non semper procuratio est visitationi annexa, glos. ult. Host. num. 1. in ver. Et ipsi, Butr. num. 5. & alij post eos exemplificant in tribus casibus. Primus est cum ecclesie habent super hoc speciale

privilegium à Sede Apostolica, ut c. Cum instantia, supra eodem. Dixit tamen Sac. Congregatio Concilij regulares exemptos à procuracione pecuniaria non videri exemptos à procuracione vicualibus, sed tantum ab indebita extorsione, 32 habuitque pro valde dubia decisione Rotæ, quod revocata exemptione à visitatione non cessatur revocatio exemptio à procuracione, justique suaderi partibus ut iterum adirent Rotam. Secundus casus est cum allegatur præscriptio non à subito, sed nomine alterius Prælati, ut c. Cum ex officio de prescript. Tertius est cum ecclesie tanta paupertate laborant ut Episcopum procurare non possint, c. Odoardus, de solut. tunc enim tenentur Prælati suis sumptibus expleri visitationis officium, argum. cap. Cavendum, & cap. Placuit, 10. quest. 3. & cap. Tam nunc, 28. quest. 1. & notat Hostien. in cap. Procuracionis, num. 4. & post eum Jo. Andr. ibidem num. 6. in ver. Vel plures, Butr. num. 5. Cardin. num. 3. & alij communiter. De quo tamen omissus, ut in quest. seq.

QUARTO an Episcopo visitanti hospitalia pauperum infirmorum debetur procuratio, necne Die 8 Novembris 1623. in sacra Congregatione Concilij, cui interfuerunt Sac. Romane Ecclesie Cardinales à Monte, Millinus, & cap. Placuit, De Zoll. Roma, Cajetanus, S. Sever. D. Torres, & Boncampagnus cum propolium fuisset superscriptum dubium, Cajetanus censuit procuracionem non deberi, ductus rationibus, & autoritatibus expressit in voto, quod incipit, Proposito hoc dubio: & in specie ponderavit textum in cap. Statutum, §. In super, de prescript. lib. 6. ibi, [Sed & ubi notabiliter fuerint pauperes, etiam pro expensis nil prorsus exigat ab eisdem.] Item ponderavit verbum textus in cap. Placuit, 1. 3. quest. 2. ibi, (Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigat ab illo.] Per quem textum glos. agens de procuracione in cap. Cum instantia, in ver. Pragrarari, supra eod. [Imo, inquit, à paupere non debet exigere, quia nec iudex exigit spertulas à pauperibus, in Auth. de Mandat. Princip. §. Si tibi quoque coll. 3. nec etiam tenuis vitæ homines sub adventu officialium injuriis affici debent, ff. de off. Præsid. l. Illucis, §. 2. supra eod. cap. Ea que, Dabitur enim Episcopis lac ad bibendum, ut dicit Joannes, in cap. Illud, 10. quest. 3. Ne rubentibus buccis prædicent jejuniorum doctrinam, 35. dist. cap. Sexta die, nec bibent ultra tertiam vicem, 44. dist. In illa palea Quando, & comedent lar dum, vel carnes cum aceto, Cade erogat. milit. ann. l. 1. lib. 12.] Hactenus verba gl. Nec putavit referre quod quadam hospitalia amplius habeant redditus: nam cum omnes erogari debeant in usus pauperum juxta Clem. Quia contrigit, de relig. num. 1. Si qua in parte ex detractone procuracionis minuere, procuratio per indirectum exigetur à pauperibus ipsis, qui tamen ad victualia non tenentur secundum prædictam glossam, quam ibi sequuntur Host. Jo. Andr. Anchar. Abb. & communiter Doctores. Archiepiscopus alios referens in c. Romana, n. 1. in ver. De pluri- bus, de censib. lib. 6. & in specie de hospitalibus infirmorum, & leproforum; hoc tenent in d. Clem. Quia contingit, Cardin. num. 18. Imob. num. 23. ad fin. & Bonifacius Vitalin. num. 94. ubi concludunt hospitalia hujusmodi quamvis possint visitari, tamen non teneri ad procuracionem, quia omnia sunt